

HIPPONII

S E U

Vibonis Valentia, vel Montisleonis, Auso-
nia Civitatis accurata Historia

IN TRES LIBROS DIVISA.

A U C T O R E

D. IOSEPHO BISOGNI

D E G A T T I,

Ejusdem Urbis Patritio.




NEAPOLI MDCCX. Typis Felicis Mosca:
Superiorum licentia.

INTERNATIONAL UNIVERSITY

THE UNIVERSITY OF THE
FUTURE
OF HUMANITY





Illustrissimæ, Celeberrimæ, Inclytæ, ac Fidelissimæ Civitati Montisleonis.



D. JOSEPH BISOGNI, DE GATTI.



Ollaturus me ad celeberrimum hunc morem, quo omnes qui unquam à se scriptos libros in lucem dedere, unum, aut plures è præstantioribus Objectis eligere solent, quibus, velut defensoribus Patronis, illos ascribant, dedicentque. Cum hùc, atque illuc, multum, diùque circumspicerem, cui & Ego lucubrations hasce meas de Monteleo-

a a

pen-

nenſium historia , ac eorundem vivendi antiqua ratione , nominatim dedicare , & ad propugnandum tradere , cum primis velim , cui acceptas fore confiderem , nemo mihi te , **SPLENDIDISSIMA PATRIA** mea , tum dignior , tum aptior occurrit. *Cum ego , ut verbis Gabrielis loquar , probè ſcirem , & à natura inſtitutum eſſe , & uno omnium ſapientium ore celebratum , tum multorum exemplis confirmatum , ut ſummo nos opere Patria debeamus , pro qua ſi nobis ingrati animi notam inuri volumus , ſanguinem effundere , & mortem appetere , nedum quemvis ſubire laborem cogimur.* Quapropter quidquid ex gravium fide digniſſimorum Auſtorum ſcriptis , quibus per diuſ , & pernox operam ſummam impendi (licèt , non ex levibus circulationibus , non ex vagis mendicis , qui , ut vulgo admiratores , acceptioresque ſint , adeo nefandiſſimè , abſque omni verecundia , plerunque mentiuntur , ut non ipſis modo non fides etiam minima habeatur , verùm omnibus juxta , qui aliquid de his , aut ſcribunt , aut recitant) id totum ſit tibi ſcientiæ ſuppelles , ut facile id tibi inventu , atque depromptu ſit , ſi quando uſus venerit.

Nec indigeſtè , tanquam acervum , congeſſimus digna memoratu , ſed variarum rerum diſparilitas , ab Auſtoribus diverſis confuſa temporibus , ita in , quoddam digeſta corpus eſt , ut quæ indigneſtè , atque permicuè ad memoriæ ſubſidium annotaveramus , in ordine , inſtar membrorum cohærentia , convenirent.

Nec mihi vitio veritas , ſi res , quas ex lectione varia mutuabor , ipſe ſapè verbis , tum vulgaribus , tum latinis , quibus ab ipſis Auſtoribus enarratæ ſunt , explicabo , quia præſens opus , non eloquentiæ oſtentationem , ſed noſcendorum congeriem pollicetur.

ectur. Et boni consulas oportet, si notitiam vetustatis, modò nostris non obscurè, modò ipsis antiquorum fideliter verbis recognoscas, prout quæque se, vel enarranda, vel transferenda iuggerint.

Apes enim quodammodo debemus imitari, quæ vagantur, & flores carpunt; deindè quidquid attulere, disponunt, ac per favos dividunt, & succum varium in unum saporem mistura quadam, & proprietate spiritus sui mutant. Nos quoque, quidquid diversa lectione quærivimus, commitemus stylo, ut in ordine, eodem dirigente, coalescant, ut etiam, si quid apparuerit unde sumptum sit, aliquid tamen esse, quam unde sumptum noscetur appareat. Ex omnibus colligamus, unde unum fiat ex omnibus, sicut unus numerus fit ex singulis. Vides quàm multorum vocibus chorus constet? una tamen ex omnibus redditur, & fit concentus ex dissonis. Tale hoc præsens opus volo.

Quapropter, **ORNATISSIMA CIVITAS**, scripta hæc nostra, quæ ex multis præclarissimis rerum scriptoribus, non sine maximis laboribus, in librum istum collegi, congeffi, & quantum ingenio, atque industria potui, augmentavi, à me obviis manibus, & serena fronte suscipe, susceptaque, tanta diligentia, tanta fidelitate perlege, perlustra, examina, ab omnique macula expurga, ut nihil usquam prætermittatur, nihil præterfluat, quod secum minutuli quispiam subripiat, involuatque, quod postea à lynceis vitiligatorum, obstrigillatorumque oculis inventum, sphingibus enodatum unguibus, vipereis linguis punctum, exhibilatumque, in fame, & nominis nostrorum amborum dispendium, atque obfuscationem in omnibus triviis pro fabula jactetur. Excipe igitur hoc literarium munusculum, in
tres

tres libros divisum . In primo de vetustissimo Hip-
ponio ; in secundo de Vibone Valentia ; & in tertio
de Monteleone agemus . Et sicut tres libri unum
opus efficiunt: Ita tria nomina unam exaltant , & ex-
plicat Civitatem. Vale.



PRO-

PROTESTATIO AUCTORIS.

Cum Sanctiss. D. N. Urbanus Papa VIII. die 13. Martii anno 1625. in S. Congregatione S. R. & universalis Inquisitionis, Decretum ediderit, idemque confirmaverit die 5. Julii anno 1634. quo inbibuit imprimi libros hominum, qui Sanctitate, seu Martyrii fama celebres è vita migraverunt, gesta, miracula, vel revelationes, seu quacumque beneficia, tanquam eorum intercessionibus à Deo accepta, continentés, sine recognitione, atque approbatione Ordinarii, & quæ hætenus sine ea impresso sunt, nullo modo vult censeri approbato. Idem autem Sanctissimus, die 5. Julii 1641. ita explicavit, ut nimirum non admittantur elogio Sancti, vel Beati absolutè, & quæ cadunt super personam, benè tamen ea, quæ cadunt supra mores, & opinionem, cum protestatione in principio, quod iis nulla adsit auctoritas ab Ecclesia Romana, sed fides tantùm sit penes Auctorem. Huic Decreto, ejusque confirmationi, & declarationi, observantia, & reverentia, qua par est, insistendo, profiteor me, haud alio sensu, quidquid in hoc libro refero, accipere, aut accipi ab ullo velle, quàm quo ea solent, quæ humana dumtaxat auctoritate, non autem divina Catholica Romana Ecclesiæ, aut Sanctæ Sedis Apostolicæ nituntur, iis tantummodo exceptis, quos eadem S. Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adseripsit.

Ego D. Joseph Bisogni, de Gatti.

Lib.

HÆc loca correcta inuenies ab Auctore; Ceterum benigne lector, si nonnulla alia errata inuenies, per te ipsum corrige, Auctor enim, ob absentiam non valuit errores, qui in impressione occurrunt, accuratius emendare, quàm impressor facere nixus est.

Lib. 2. cap. 1. in fin. biseentum quindecim mille. Corrige sexaginta quatuor mille, & quingenta.

Ibidem cap. 2. period. 3. corrige eodem modo. Et tribus versibus infra. quinquaginta. Corrige quindecim. Et tandem eodem lib. 6. cap. period. 6. (idest quinquaginta.) Corrige. (idest quindecim.)

Evenit error, quia in quodam Livio vulgarizato legi cinquanta, pro quinadena. Sed deinde facta majori diligentia apud Calpinum lit. N. verb. Numerus, inveni quinadena significare quindecim.



ILLVSTRISS. E REVERENDISS. SIGNORE.

G iuseppe Bisogni supplicando espone à V.S.Ill. come desidera dare alla luce per mezzo delle stampe un libro intitolato, *Hipponii, seu Vibonis Valentia, vel Montisleonis, Ausonia Civitatis, accurata Historia*: Supplica intanto V.S. Ill. restar servita per la licenza, che si possa dare alle stampe, e lo riceverà ut Deus.

*R.P. Bernardus Pisano Soc. Iesu revideat, & referat. Neap.
15. Iulii 1709.*

SEPTIMIVS PALVTIVS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canonicus Deput.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINE.

T Vis, ut obtemperarem mandatis, legi librum, qui præ se fert titulum, *Hipponii, seu Vibonis Valentia &c.* à D. Iosepho Bisogni de Gatti, ejusdem Urbis Patritio elucubratur, & nihil in eo reperi, quod vel à Fidei Orthodoxæ principis distinet, vel à sanctis moribus discrepet: ideo, publica luce dignum censeo, si tamen D.V. Ill. ita censebit. Neap. in Collegio Maximo Societatis Iesu die X. Februarii 1710.

D.V. Illust.

Humillimus, & addictissimus servus
P. Bernardus Pisano Soc. Iesu Examinator Synodalis.

Acta supra dicta relatione imprimatur. Neap. 18. Februarii 1710.

SEPTIMIVS PALVTIVS VIC. GEN.

D. Petrus Marcus Giptius Canonicus Deput.

EMINENTISSIMO SIGNORE.

G iuseppe Bisogni, esponendo rappresenta à V. Em., come desidera di mandare alle stampe il libro intitolato : *Hipponii, seu Vibonis Valentia, vel Montisleonis, Ausonia Civitatis, accurata Historia.* Per tanto supplica l'Em.Sua restar servita di commettere la revisione à chi meglio le piacerà, che il tutto, oltre l'esser di giusto, lo riceverà à grazia, ut Deus.

Mag. Reg. Conf. D. Blasius Altimari videat, & in scriptis referat.

GASCON R. ULLOA R. GAETA R. CITO R.

Provisum per S.Em. Neap. die 5. mensis Junii 1709.

Cardamonus.

EMINENTISSIME DOMINE.

A ttente legi librum inscriptum: *Hipponii, seu Vibonis Valentia, vel Montisleonis, Ausonia Civitatis accurata Historia*, in tres libros divisa, Authore D. Josepho Bisogni, de Gatti ejusdem Urbis patritio, & in illo non inveni aliquod repugnans Regiæ Jurisdictioni, & Juribus Regalibus, unde imprimi possesseo, si ita Em. Vestræ videbitur. Verum reservo revisionem post impressum librum. Die 22. Junii 1709.

Eminentiaè Vestraè

Humillimus servus
D. Blasius Altimari.

Imprimatur, verùm in publicatione servetur Reg. Pragm.

GASCON REG. ULLOA REG. CITO REG.

Provisum per S.E. Neap. die 17. mensis Julii 1709.

Cardamonus.
Ta.

Tavola della Figura della Città di Monteleone.

- A.** Castello. *Lib. 3. cap. 1.*
B. Porta del Castello.
C. Porta grande.
D. S. Chiarella. *Ibidem cap. 4. §. 22.*
E. S. Chiara, Monache. *Ibid. §. 12.*
F. Agostiniani. *Ibidem §. 3.*
G. Oriuolo della Città.
H. S. Oronzio. *Ibidem cap. ultim. Venerabilis D. Dominicus Schinn.*
I. Cappuccini. *Ibidem cap. 4. §. 5.*
K. S. Uomo Buono. *Ibidem §. 21.*
L. Porta di S. Antonio.
M. Porta della Piazza. Sopra vi era il Seggio. *Ibid. cap. 7. in princ.* Da canto, le Carceri della Città. *De quibus sapissime ibid. cap. 5.* È sopra di questi, l'Orologio. *Ibid. cap. 7. in princ.*
N. S. Pietro, Chiesa. *Ibidem cap. 4. §. 1. paulo ante Pontificium Diploma.*
O. Porta dirupata nell'anno 1704. E la pietra di essa, e del muro, hoggi mancante, fù fabricata nel Dormitorio nuovo de' PP. Zoccolanti.
P. Porta del Conte d'Apici, à tempo del quale fabricorno i Cittadini il muro, con sei porte, come si vede nella figura. *Ibidem cap. 2. post primam paginam.*
Q. S. Michele, Parocchia. *Ibid. cap. 4. §. 1. immediate ante Pontificium Diploma.*
R. Spirito Santo, Parocchia, e Monache. *Ibidem §. 14. & 1. in fin.*
S. Ospedale. *Ibid. §. 17.*
T. Chiesa di S. Marco, e di S. Lucia, che s'ampliò dopò si fè l'Ospedale, e vi s'aggiunse l'Altare di S. Niccolò Arciv. di Mira. *Ibid. §. 17. in princ.*
V. Pentiti. *Ibid. §. 15.*
X. Reformati. *Ibid. §. 11.*
Y. S. Giuseppe. *Ibid. §. 21.*
Z. Chiesa diruta di S. Uomo Buono. *Ibid. omnino.*
1. Scrimbia, fontana. *Ibid. cap. 3. vers. fin. Vide etiam cap. ult. historiæ, & fabulam simul.*
2. S. Ma-

2. S. Maria Maggiore, Matrice: e S. Leofuca. *Ibid. cap. 4. §. 1. in princ.*
 3. Domenicani. *Ibid. §. 6.*
 4. Chiesa di S. Albe diruta. *Lib. 2. cap. 1. in fin. Et lib. 3. cap. 4. §. 21.*
 5. Vi erano li Cappuccini, hoggi si chiama li Cappuccini vucchi. *Ibid. §. 5. in med. Obiter etiam ibidem §. 13.*
 6. Scarpettani. *Ibid. §. 2.*
 7. Baracche per le fiere. *Ibid. cap. 3. in princ. In Privilegiis etiam sapissime.*
 8. Zoccolanti. *Ibid. cap. 4. §. 3. E feggio odierno de' Cavalieri, seu Nobili della Città, dove fù trasferito dopò la segregazione. Ibid. cap. 7. in princ.*
 9. Piazze. *Ibid. cap. 3. in princ.*
 10. Gesuiti. *Ibid. cap. 4. §. 9.*
 11. Carmelitani. *Ibid. §. 7.*
 12. Scalzi di S. Agostino. *Ibid. §. 10.*
 13. S. Crispino. *Ibid. §. 19. & 21.*
 14. S. Croce, Monache. *Ibid. §. 13.*
 14. S. Maria del Soccorso, Parocchia. *Ibid. §. 1. in fin.*
 16. S. Spirito, coll'Ospedale de' Peregrini. *Ibid. §. 14.*
 17. Gesù, e Maria; anticamente S. Albe. *Ibid. §. 21.*
 18. S. Maria dell'Imperio, detta Imparaviglia. *Ibid.*
 19. Paolini. *Ibid. §. 8.*
 20. S. Maria Maddalena, ove anticamente vi erano i Scarpettani. *Ibid. §. 2.*
 21. Belvedere, seu Affaccio del mare.
 22. Fontana della Città, con la quale macinano venti molini. *Ibid. cap. 3. vers. fin.*
- Armi dell'Eccellentissimo Duca di Monteleone, Pignatelli. *Ibid. cap. 7. in princ. Stemma della Città. Ibid. cap. 1. vers. med. Sotto di esso, monete della medesima, lib. 2. cap. 3. Ed insegne de' Cavalieri, ovvero Nobili di Seggio. lib. 3. cap. 7.*



e

... ..

2.

3.

4.

5.

6.

7.

8.

9.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.

1.



LIBER PRIMUS.

DE VETUSTISSIMO HIPPONIO.

C A P. I.

De recente, & antiquo Italix gyro, ejusque primis incolis, ac nominibus.



ITALIA Europæ regio, hodiè cruris, sed ocreæ forma, inter Adriaticum, & Tuscum mare jacens, ab Alpium jugis, dorsoque Appennini porrecta, se, paulatim tamen, ad Rhegium usque attollens verticem, in ultimo sui in duo cornua scinditur; quorum alterum Jonium spectat mare, alterum Siculum, in extremitate Rhegium oppidum habens. Ejus longitudo, quæ ab Augusta prætoria, quæ in

Alpino sine sita est, per Romam, Capuamque porrigitur usque ad oppidum Rhegium, *Solino* teste, decies centena, & viginti millia passuum continet: Latitudo verò quadringenta decem, ubi latior; ubi brevior centum triginta sex. Habetque in agro Reatino umbilicum. Olim tamen ex latere maris superi Rubiconem fluvium profinibus habuit. Dividitur autem in sexdecim regiones, scilicet, Li-

A

gu-

guriam, Hetruriam, Latium, Campaniam, Lucaniam, Calabriam, Apuliam, Samnium, sive Aprutium, Picenum, Flaminiam, & Æmiliam, sed Romandiolam, Umbriam, nunc Ducatum Spoletanum, Galliam Cisalpinam, Venetiam, nunc Marcam Tarvisanam, Japidiam, & Corniam, nunc Forum Julium, & Istriam. De quibus agere meum non est, undè require apud Authores.

Antiquissima verò Italia fuit, quæ nunc in extremis eius finibus, ut lingua porrecta, inter utrunque fretum, inferum, superumque interjacet, non aliter hodiè communiter nuncupata, quàm Calabriæ nomine. Quæ incipit è mari infero, quod Græci Tyrrenum vocant (*vid. inf. cap. 8. in princ. quare Tyrrenum dicatur*) A Talao flumine: A supero verò, quod idem Jonium nuncupant, à Syriamne; & protenditur ad Euripum, usque Rhegiumque: Atque Appennini montis jugo in longitudinem secta duo cornua emittit Leucopetram, *Capo dell'arme*, dextera; Lacinium; *Capo delle colonne*, sinistra. Quæ tum montuosa est, tum campestris Latii instar, aquarum scaturiginibus irrigata. Ipsi verò regionis ambitus ad septingentum triginta millia passuum colligit. A Talao enim fluvio ad Laum amnem milliaria sunt duodecim. A Lao autem, *Strabo* fert, ad Euripum, qui à Cænide promontorio incipit, millia passuum sunt centum sexaginta novem; communi verò centum sexaginta unum. Euripi autem tractus, qui, ut dixi, à Cænide ad fretum usque, *Herculeumque promontorium*, *Capo di Spartivento*, porrigitur, sexaginta millia passuum est. A freto, quod ab Herculeo promontorio initium habet, idem *Strabo*, *Prohibii* autoritate, ad Lacinium Junonis templum 288. intervallum esse tradit. A Lacinio ad Syrim amnem milliaria sunt centum viginti tria. A Syris fluminis ostiis ad Talai amnis ostia intervallum est mill. pass. 76.

Est enim Calabria omnium Italiæ regionum vetustissima, centum quinquaginta annis, parum plus, vel minus, post diluvium ab Ascenez Pronepote Noe inhabitata. Nam post universalem inundationem cum Gomer, major natu filiorum Japheth, filii Noe, Galathas instituisset, Ascenez filium majorem natu in Italiam transmisit ad habitandum: Qui eo loci, ubi nunc Rhegium, cum pervenisset, tum quia is sibi locus primus oblatus est, tum verò loci amœnitate captus, ibi consedit, Urbemque statuit, quam, à suo nomine Ascenez, Ascenam, ejusque incolæ Ascenezeos appellavit.

Hanc Urbem postmodum Græci Rhegium appellavere à fractura, ut quidam volunt, *gryn rimi* fissuram significat. Sicilia enim Italiæ erat conjuncta, sed terremotibus avulsa est. Quo circa *Strabo*

bo lib.6. de Rhegio loquens, ait: (sed ei *Æschilio* teste) *Casa quodam hoc nomen inditum est; namque Siciliam ab incontinenti vi terramotus avulsam, & ille, & alii memoria prodiderunt, ex quo erbagine, idest à frangendo, nomen assecutam: Reseratis enim tumoribus, per quæ ignis respirat, & igniti lapides, & aquæ affluunt, raro vicina freto tellus motibus quatitur, cum verò omnes ad superficiem meatus accladerentur, in subterraneis concavitatibus ardentes ignes, & spiritus vehementes, terramotus efficiebant: Agitati verò ventorum violentia loci cessere, & abscissi utrique, mare admitterunt. Cum Sicilia tota cavernola sit sub terra, sit fluviis, & igne plenissima, sicut Tyrrenum mare usque Cumas est. Idipsum scribit *Trogus Pompejus* apud *Justinam* lib.4. Et *Virgil.* lib.3. *Æneid.* id idem affirmans, ait.*

*Ast ubi digressum Sicula te admoverit otæ
Ventus, & angusti rarefcent claustra Pelori,
Lava tibi tellus, & longo lava petantur.
Æquora circuitu, dextram fuge litus, & andas.
Hæc loca vi quondam vasta convulsa ruina,
(Tantum avi longinqua valet mutare vetustas.)
Dissiluisse ferant, cum protinus utraque tellus
Una foret, venit medius vi pontus, & undis,
Hesperiam, Siculo latus abscidit, arvaque, & Urbes
Littore diductas, angusto inclcluit æsta.*

Cæterum credibilis est, Rhegium ab aeris temperie, cœlique clementia dictum: Nam *ῥῆγιον* *Region*, utile, jucundum, & bonum notat: hebraicè autem pascua eorum.

Calabria autem multis appellata fuit nominibus. Nam primò dicta est Auxonia, vel Ausonia, aut à finitimis, aut ab incolis Græcis, scilicet Chalcidensibus, qui unà cum Messeniis è Peloponneso Rhegium incoluerunt. (Et hæc fuit prima, & antiquissima Græcorum habitatio in Calabria, ut refert *Frater Hieronymus Marasoti* lib.1. cap.4. contra *Barrium*) Antistene, sive Antinesto Duce; quò, ait *Heraclides*, Rhegium in Civitatis formam, ac rempublicam Aristocratiam constituerunt: nam mille Optimates electione creati Civitatem administrabant. Hinc *Strabo* Rhegium à Chalcidensibus eonditum dixit; idest in formam Civitatis redactum fuisse. Et dicta est Auxonia ab *ἄυξω* *auxo* verbo græco; idest augeo, quod semper ibi rerum proventus augeatur. Hujus nominis meminit *Dionysius Halicarnassæus*, qui occiduam Calabriae oram, Ausoniam dictam scribit. Et *Dionysius Apher* de Locris loquens, dicit: *Ipsos Auso-*

niarq; tenere, quò currit flumen Halecis. Item *Strabo lib. 3. ait : Aufonium mare, nunc Siculum vocitatur.* Et *Plinius*, orientalem Calabriae plagam Aufoniam dictam, ab Aufonibus primùm habitatam tradit. Et *Lycophron in Alexandra*, Philoctetem ab Aufonibus circum Crotonem habitantibus interfectum fuisse scribit. Quare utranque Calabriae oram Aufoniam dictam fuisse palam est.

Unde hallucinantur, qui Aufoniam ab Aufone, Itali, sive Vlyssis filio, dictam fuisse opinantur. Nam *Homerus*, itemque *Strabo* Vlysses ad Themefam Calabriae Urbem (quam, necnon & Besciam, præter alias Urbes, Aufones condidisse memoriae proditum est) venisse scribunt. Id quod argumentum est ante Vlysses, Calabriae vocitatam fuisse Aufoniam. Quod ipsum ex *Dionysio* etiam *Halicar.* constat.

Fuere quidem Aufones admodum potentes, de quibus *Dionysius Apser*, de ea regione, quæ nunc Calabria est, loquens ad verbum translata sententia, sic ait:

Hinc Italarum filii incontinenti pascuntur.

Ab Jove Aufonii valde dominantes.

Incipientes à Borea, usque Leucopetram,

Quæ in mari Siculo radicata est.

Quibus super verbis *Eustatbius* ait: *Italos quondam Monarcas magnopere dominatos fuisse Dionysius ait, quos, & Aufones appellat, eosdem enim & Aufones, & Italos appellat.* Hinc *Aufonius* pontus (ait idem *Eustatbius*, & *Suidas*) mare, quod orientalem Calabriae oram abluit, quod & Siculum appellatur.

Dicta est & tum ab orientalibus Græcis Hesperia, ut *Macrobius* inquit, ab Hespero stella, quod illius occasui subjecta sit. Hujus nominis certitudinem nobis dat *Virgilius Æneid. lib. 3.* ubi ait:

Est locus, Hesperiam Græj cognomine dicunt,

Terra antiqua, potens armis, atque ubere gleba.

Quæ verba de Calabria intelliguntur, ut explicat *Gabriel Barrius lib. 1. pag. 21.* Item apud *Historicos omnes, & Poetas*, secundum *Marafoti lib. 1. cap. 5.* hoc certum est.

Eodem hoc tempore Saturnia dicta est, scilicet quietis regio, propter rerum diversarum abundantiam, quas Provincia ex se sine arte producit, inquit *Marafoti* citatus in sua historia.

C A P. II.

Quod Oenotria, & Peucentia dicta sit
non intricatè narratur.

F Vit & quingentis sexaginta annis ante Ilii, seu Trojæ excidium Calabria pars occidentalis Oenotria; orientalis verò Peucentia dicta, ab Oenotro, & Peucentio fratribus. Quod autem Calabria, hæc nomina sortita sit, Authores sunt quàmplurimi. *Dionysius* enim *Halicar.* vir, ait *Eusebius*, Romanæ historiæ, atque Italiæ peritissimus, ita *lib. 1.* fatetur. *Arcades Græcorum primi Jovicum mare transeuntes. Italiam habitaverunt sub Oenotro Lycaonis filio, qui quintus erat ab Ægeo, & Phoronea, qui primi in Peloponneso regnarunt. Nam Phoroneus quidem Niobes pater fuit; hujus autem, & Jovis filius ut dicitur Pelasgus: Ægeique filius Lycaon; hujusque filia Dejanira: Et ex ea, & Pelasgo Lycaon alter. Lycaonis filius Oenotrus. Decem & septem atatibus ante Trojam obsessam (hoc enim tempus erat, cum Colonos in Italiam miserunt Græci) reliquit Oenotrus Græciam. nam satisfaciens sibi portione sua: Nam cum essent Lycaoni duo & viginti filii, totidem in partes dividi Arcadium oportebat. Hac igitur causa Peloponnesum relinquens Oenotrus, classemque instruens Jonium secat mare, & cum eo Peucentius unus ex fratribus: Secuti verò sunt eos etiam ex domestico populo complures; nam populosissima fuisse dicitur hac gens à principio græcorum omnium, quacunque ex eis regionem sortita sunt minorem, quam pro multitudine sua. Peucentius igitur in quam partem Italiae cursus tulit supra vertices Japigis (de quo nomine infra cap. 5.) popululum suum deportans, ibi collocat; Peucentique ab eodem dicti sunt, qui circum ea loca habitant. Oenotrus autem, majorem exercitus partem ducens, in alterum venit sinum sub occidente, secundum Italiam, diffusam: Et qui tunc Ausonias, ex accolis ejus Ausonibus, dicebatur; postquam verò Tyrrheni denominationem maris habuere, sumpsit eam, quam nunc habet appellationem. Inveniens autem Oenotrus regionem ipsam multum pecori, multumque cultui percommodè expositam, magna autem ex parte desertam, ac ne illam quidem, quæ incoleretur, hominibus frequentatam, cum ex-
par-*

purgasset Barbaris partem ejus quandam, Urbes condidit in montibus parvas, & crebras, qui mos erat condendi præcis. Vocata est autem ea ora, & quidem multa, quantumcunque occupavit, Oenotria; atque homines, quibuscunque imperavit, Oenotrii.

Item *Pherecydes* in Atheniensium originibus nemini secundus, quem sequitur *Antiochus Syracusanus* historicus vetustissimus, sermonem faciens de regnantibus in Arcadia, dicit: *Pelægo, & Dejanira nascitur Lycaon; hic uxorem duxit Cyllenen Nympham, à qua denominatur Cyllenes mons Arcadiæ.* Postea, qui ab his descenderunt enumerans, & quæ unusquisque eorum loca incoluerit commemorans, cum Oenotrii, & Peucentii meminit, sic inquit: *Et Oenotrus, à quo Oenotrii vocantur, qui in Italia habitant: Et Peucentius, à quo Peucentii, qui in Jonio sinu.*

Testimonium mihi quoque est *Sophocles Tragicus in Triptolemo*. Inducitur enim *Ceres* in ea fabula docens *Triptolemum* quanta ei peragrandia sit regio in jacendis seminibus, quæ à se accepit; atque orientalis Italiæ primum mentionem faciens, quæ est à verticibus Japigis usque ad fretum Siciliense; posteaque opposita commemorata Sicilia, ad occidentalem Italiam rursus divertit, gentesque maximas, maritimam oram incolentes, percurrit, ab Oenotrorum habitatione principio sumpto. *Abundè autem sufficiens hæc sola de jambicis dicta, in quibus ait, Hæc autem à tergo manus in dexteram, Oenotriaque omnis, & Turrhænus sinus, & Ligustica tellus excipiet.*

Ex quibus liquiddè constat, quod Calabria dicta est Oenotria ab Oenotro Arcade in eum sinum Ausonium adveniente, regionisque occidentiam oram occupante. E regione verò Oenotriæ, dicta est Peucentia à Peucentio Oenotrii fratre, qui eam partem, sui juris cum fecisset, Peucentiam nominavit. Quo vita functo, Oenotrus orientalem quoque Calabriæ partem possedit, quæ jure sibi cessit, quam etiam nuncupavit Oenotriam; Urbesque in ea quoque parte edificavit.

Adventus Oenotrii, & Peucentii, decem, & septem ætatibus, ut dixi, ante Trojam obsessam fuit, ut tradit *Antiochus Syracusanus*, qui lib. 1., de antiquis Italiæ habitatoribus ratiocinans, dicit: *Antiochus Xenophanis hæc scripsit, & sermonibus præcis valdè credita, & certissima: hæc terram, quæ nunc Italia dicitur, habuerunt Oenotrii.* Et post longum sermonem, versus secundum folium, addit: *Oenotrum autem ætates septem, & decem Italiam adventasse compertum est. Est autem ætas, ut id etiam Ælioidemus, secundum quos-*

quosdam, spatium triginta trium annorum, & quatuor mensium; ita quod tres ætates centum perficiunt annos. Quare decem & septem ætates, anni sunt quingenti sexaginta septem, quatuor mensibus minus: Ergo tot annis Oenotrus, & Peuceptius ante Trojæ ruinas in Calabriam venerunt: Ante Urbem, seu Romam conditam annis mille. Ergo ab adventu Oenotrii hucusque, anni sunt ter mille quadringenti quinquaginta octo. Nam ab adventu Oenotrii ad Ilium captum, anni quingenti sexaginta septem, ut dixi, computantur: Ab Ilii excidio ad Urbem conditam anni fluxere, ut *Solinus* tradit, quadringenti triginta tres: Ab Urbe condita ad Christi natale anni intercessere septingenti quinquaginta, & unus: A Christo nato jam annus agitur hic 1707. Licet *Naso metam. lib. 1. 2. ætatem*, centum annorum spatium esse senserit.

C. A. P. III.

De Italix nomine, quod Calabriae inde accidit, vel datum est.

Postea, haud multo ante ruinas Trojæ, regnante in Latii parte quadam Evandro, ut *Dionysius Halicarn. lib. 1.* author est, Hercules classem in Italiam advexit, ac Calabriam repetens, Oppida quædam illic extruxit, ac loca quædam à se nominavit, ut est promontorium herculeum, portus Herculis, cujus ætate, aut paulò ante Calabria dicta est Italia. Nam, ut *Hællonicus Lesbios* dicit: *Hercule agente boves Geryonis in agros, dum esset in Italia, juvenecus quidam è grege fugiens oram omnem peragravit, & in Siciliam venit, quem Hercules persequutus est, atque oram omnem, quantum vitulus permeavit, dictam esse vituleam: Transisse verò post tempus id nomen, in eam, quam nunc figuram habet, minime mirum est, cum multis etiam græcorum nominum id acciderit; & sic de Vitulea, dicta est Italia.*

Marcus etiam Varro rei rustica lib. 2. eam à bobus dictam putat; ait enim: *Denique Italiam, à vitulis, ut scribit Piso; Romanorum verò populum à pastoribus esse ortum quis non dicit? Et paulo post: Bos in pecuaria maxima debet esse autoritate, præsertim in Italia, quæ à bobus nomen habere sit existimata: Græcia enim anti-*
quo,

qua, ut scribit *Timæus* tauros vocat *Italos*, à quorum multitudine, & palchritudine, & sætu vitalorum, *Italiam* dixerant. Alii scripserant, quod è *Sicilia* *Hercules* persequutus sit eò nobilem taurum, qui diceretur *Italus*. Hic socius hominum in rustico opere, & *Cereris* minister.

Sed *Antiochus Syracusanus* dicit: *Italiam* post aliquod tempus vocatam esse à *Viro* præpotente, nomine *Italo*. (quod probabilius existimo) Hunc verò bonum, sapientemque fuisse idem *Antiochus Syracusanus* refert; et atque aliis finitimorum oratione persuasis, aliis vi adductis, terram omnem ditionis suæ effecisse quantacunque intra sinum *Nepetinum*, *golfo di S. Eufemia*, & *Scyllaticum* esset; eamque primum vocatam esse *Italiam* ab *Italo*; qui postquam hujus Dominus fuit, multosque homines habuit dicto audientes, statim etiam consequentia appetiit, Urbesque congregavit multas. Fuisse autem eum *Oenotrum* genere, etiam dicimus, hinc

Aristoteles polit. lib. 7. ait: Tradunt periti homines Italia fuisse Italum quendam *Oenotriæ* Regem, à quo, mutato nomine, pro *Oenotriis*, *Itali* sunt vocitati; oraque illam maritimam *Europæ*, quæ est inter *Scyllaticum*, & *Lameticum* sinum (vid. hic cap. 8. quare *Lameticus*, & *Nepetinus* sinus vocetur) *Italia* nomen primò recepisse. Hunc ergo *Italum* tradunt agriculturam *Oenotros* docuisse, illisque leges posuisse, & commestationes instituisse primum; quapropter etiam nunc quidam illorum populorum commestationibus utantur, & legibus quibusdam ut in populo. Cæterum, live ut *Antiochus*, & *Aristoteles*, à Duce, quod probabilius est; sive, ut *Hellanicus* putat, à *Tauro* nomen sumpsit, illud certè, ex utrisque manifestum est, quod ætatis *Herculis*, aut paulò ante ita nominata est regio. Nam antea quidem *Græci* *Hesperiam*, & *Ausoniam* eam vocabant; populi verò *Ascenezei* *Saturniam*, & *Ascenam*, ut dixi cap. 1. Fuit autem *Italus*, ait idem *Arist. lib. 2. polit.* longè antiquior *Minoe* *Cretensium* Rege.

Opinari verò cuiquam licet, priscos *Italorum* florescentes in communionem devocasse finitimos; hunc in modum, auctis viribus, in *Romanorum* Imperium pervenisse: Tandem verò quandoque, ex quo *Romani* in Regni societatem, & in Civitatem *Italos* vocare, decretum est, & *Gallis* *Cisalpinis*, & *Venetis* id honoris impartiri, universosque, *Italos*, *Romanosque* vocare; permultas insuper *Colonias*, partim prioribus annis, partim posterioribus emittere. Vnde *Strabo lib. 5. ait: Post infimas Alpium radices, ejus, quam hac ætate Italiam vocant, initium est. Namque Majores, Italiam,*
quo

quæ à Siculo fretò usque ad sinum Tarentinum, & Hipponiatem, progressa est, Oenotriam appellabant: Nomen autem obtinens usque ad Alpium radices (quæ dividunt Italiam à Gallia) processit.

C A P. IV.

De alio Calabriae nomine. Et quod ejus pars circa Rhegium, Sicilia dicta sit, demonstrabitur.

DEindè Calabria dicta est Morgetia à Morgete Itali filio. *Antiochus Syracusanus* historicus vetustissimus in Italiae habitatione antiquos conditores discurrens; postea pertransiens quemadmodum gubernabantur Oenotrii, & ut Italus aliquando Rex eorum fuit, à quo denominati sunt Itali. *Huicque successit Morgete à quo Morgetes vocati sunt*, superdixit; & ut *Siculus hospes Morgeti factus, proprium sibi constituens Imperium, distincta gente huic infertur; atque ita Siculi, & Morgeti, & Itali fuerunt, qui erant Oenotrii*. Et rursus *lib.eod.* *Antiochus* ait, regnante in Italia Morgete (erat autem tunc Italia à Metaponto usque ad Neptuniam maritimam) venisse ad eum virum quendam profugum Roma. Sic enim dicit: *Cum autem consenuisset Italus, regnavit Morgete, ejusque tempore vir advenit Roma Siculus nomine*. Secundum itaque eum, & ut *lib.2.cap.1.* dicetur, antiqua quædam, & trojana præcedens tempora, Roma invenitur.

Hic Siculus Morgeti hospes, regioni circa Rhegium dedit denominationem, ubi, Morgete annuente propter Siculi bonitatem suam constituerat imperium. Et hæc est antiqua Sicilia à vetustissimis scriptoribus tot laudibus celebrata. Et ideo *Antiochus, Strabone* referente, locum circa Rhegium antiquitus à Morganiis simul, & à Siculis habitatum fuisse profert; qui ab Oenotriis ejecti, in Trinacriam trajecere. Igitur Calabria dicta est Morgetia, à Morgete Itali filio; exindè pars ejus quota circa Rhegium, Sicilia nuncupata est.

Sed est advertendum, Siculum cum sociis primò Romam incoluisse, deindè Calabriam, & tertio Sicaniam, quæ ab ipsis Sicilia nuncupata est. Testis est *Dionys. Halicarn.lib.2.* dicens: *Siculos ea*

B

loca

loca incoluisse, ubi nunc Roma est; qui inde exacti, in inferiorem Italiam transiere; & inde rursus ejecti transmisere in Sicaniam insulam. Et Thucydides lib. 6. inquit: Siculi ex Italia, ibi namque habitare, fugientes Opicos, in Siciliam trajecerunt: Et ut credibile, & fama fertur, ratibus observato, cum ventus posuisset, freto, sorte & aliter transvecti. Siculi isti, ut refert idem Thucydides, à Calabria ejecti, magno cum exercitu in Siciliam transeuntes, victis pralio Sicanis, & in partes, quæ meridiem, occasumque spectant remissis, fecerunt, ut pro Sicania, Sicilia vocaretur, & ejus optima quæque loca incoluerunt, & nunc quoque mediterranea ejus, atque ad aquilonem vergentia obtinent, annis ex quo transierunt propè trecentis ante Græcorum (de illis Græcis loquitur, qui Calabriam incoluerunt post Trojæ excidium) in Italiam adventum. Dionysius tamen Halicarn. lib. 1. ita scribit: Hellenicus Lesbicus ait, Siculi reliquerunt Italiam, tribus sætibus ante res trojanas; Philistius verò Syracusanus octuaginta annis ante trojanam bellam. Et quidem credibilis est octuaginta, aut centum annis, idest tribus sætibus ante ruinas Trojæ, Siculos ex Calabria pulsos in Sicaniam transmisisse.

C A P. V.

Quod Calabria pars circa Crotonem, & Pettiliam, Choniæ, Japygiæ, Salantinæque nomen habuit, perbellè tractatur.

Aristoteles hoc expressè tradit *polit. lib. 7.* dicens: Incolebant autem eam Italia partem, quæ ad Tyrrhenum versa est, Ausones: Alteram verò partem, quæ ad Japygiam, & Jonium pertinet, incolabant Chones, Sirtim appellatam: (sed hoc nomen Sirtim, sicut & Saturnia, de quo mentionem fecimus *cap. 1.* parum duravit) Et ipsis quoque ab Oenotriis orti. Inventio igitur commensationum hæc primum exitit.

Antiochus in conscripto ab eo de Italia volumine, hanc solam, & veram Italiam asserens, deque ea scribere, quam præci Oe-

no-

notriam appellavere, ejus terminum ostendens (quem è Tyrreno quidem mari Brettiae terrae diximus Laum flumen, è Siculo autem Metapontum;) Tarentinam verò, quae Metaponto confinis est terram extra Italiam nominatim explicans: Item antiquitus Oenotros, & Italos appellatos fuisse, dicens, qui intra isthmum ad fretum vergunt siculum. *Hucusque verò*, postea subdidit, *Italia, & Oenotria nomen ostenditur*, ad *Metapontinos* (populi in sinu Tarentino ab Oppido Metaponto denominationem sumentes) & *Syrtides videlicet*. Et hanc regionem Chones gentem Oenotriam, & quidem insignem habitasse, & terram nominasse Choniam.

Est autem isthmus ipse, ut etiam id dilucidemus, inclusa terra pelago viginti mil. pass. intra geminos sinus, Hipponiatem scilicet, vulgò *golfo di S. Eufemia*, & Scillaticum alterum. Navigationis autem ipsius ambitus, & spatium terrae comprehensum ad interiorum euripum ducentorum quinquaginta millia passuum est. *Barrius lib. 3.* ubi loquitur de Scyllaceo pag. 280. de isthmo isto dicit: *Conatus est autem Dionysius isthmum illum manibus munire, in ea expeditione, quam contra Lucanos suscepit. Verbo quidem, ut intra isthmum habitantes redderet adversus Barbaros tutiores. Re autem vera, ut communem Graecorum invicem concordiam dissolveret, & securius interiores suo subderet imperio. Verum exteriores, incursum facta, vetuerunt. Hoc idem, secundum Paulum Gualteri de Sanctis Calabriae lib. 1. cap. 87. pag. 512. tentavit Neapolis Prorex. D. Petrus Toledo, sed alio fine, ut commodiorem scilicet, tutioremque è mari Ionio, ad mare Tyrrenum redderet navigationem. Nunc ad inceptum redimus.*

Autumo igitur quod Oenotrii Choniam (hodie Belicestrum dicitur) oppidum Coloniam deduxerunt, seque Chones, ac circumjacentem regionem Choniam appellavere. Namque *Apollodorus*, apud *Strabonem*, *Philostetem* Choniam oppidum super Crimissam promontorium, aut juxta ipsam construxisse dicit. Sed advertendum est, non quoscunque Graecos primò in Colonias in Calabriam asportasse, sed *Arcades*, qui omnes alios Graecos virtute antecelabant. De quibus *Polibius lib. 4.* ait: *Gens Arcadum quandam omnis virtutis formam habent, non solum propter felicitatem, morum, & benignitatem naturae, sanamque erga omnes hospitalitatem, verum etiam ob pietatem, atque observantiam in Deos cum confessione omnium, à reliquis Graecis scelerare, & crudelitate differunt.*

Eandem verò Calabriae partem, quotam, quae ad orientem,

spectat, Japygiam, & Salentinam appellatam fuisse ex his, quæ mox subnectam liquebit. Japygia dicta est, vel à Japyge Dædali filio, ut tradit *Solinus in Polybistore*. Vel à promontorio Japygio tribus promontoriis distincto. Vel ex hominum beneplacito, nam secundum *Arist.* Nomina rebus imponuntur ad placitum, vel secundum rerum proprietates. Et hoc etiam tradit *Marafiotus lib. 1. cap. 7. circ. med.*

Strabo lib. 6. Japygiam inter Scyllaceum, & Lacinium promontorium locat, inquit enim: *Post Scyllaceum Crotoniarum fines sunt, & Japygum terna promontoria; deinde Lacinium Junonis templum.* Et rursus: *Crotonem Japiges incolerunt.* Item *Polibii* auctoritate, *A Lacinio,* inquit, *ad ultimum Japygia spatium est octuaginta septem mille passuum camo dimidio, quod Tarentini sinus os esse ferunt.* Tarentini autem sinus os in littore Coriolani est. *Dionysius Halicar.* etiam, ut ostendi, orientalem priscam Italiam à verticibus Japygis usque ad fretum siciliense esse ait, quam à Metaponto, & Lao amni, initium habuisse jam apertum protuli. *Ovid. Metam. lib. 15.* Japygis arva post sinum Metapontum, seu Tarentinum, quem ipse à Thurio, Thurium appellat, Scyllaceum, versus ponit, dicens:

*Præterit, & Sybarim, Salentinamque Neæthum,
Tharinofque sinus, Temesenque, & Japygis arva.
Visque pererratis, quæ spectant littora, terris,
Invenit Æjærei fatalia fluminis ora,*

Et rursus *lib. eodem:*

*Italiam tenuit; præterque Lacinia Tempa,
Nobilitata Dea, Scyllæaque littora fertur.
Liquit Japygiam, lævisque Amphrisia remis
Saxa fugit.*

Salentina autem dicta est. Vel à Salentino promontorio, de quo statim. Vel, ut ait *Festus,* *A Salo fortassis, quod penè circumquaque mari ambiatur, tenui tantum isthmo continenti annexa.* Aut à Neætho flumine, quod Salentinum dicebatur, ex eo quia salem, producit, *Ovidius* ut supra.

Præterit, & Sybarim, Salentinamque Neæthum.

Et dictum est Neæthum à Nays, & Ætho. *Lycophon in Alexandra.*

Et Neæthus ubi fluit ad mare

Interficiet autem illum Auxones, Pellenii.

Super quibus verbis *Isæius* ejus interpret ait: *Secundum Apollodorum,*

deram, & alios, Laomedontis filias, Priami sorores Æthyllam Astyochen, & Medeficasten postquam illuc in Italiam cum reliquis captivis pervenissent, vitantes Græcorum servitutem suasisse aliis, ut naves Græcorum viris vacuas, cum in terram defendissent, comburere. Undè flavius Neatbus dictus est, à Nays, idest navis, & Ætho, idest ardeo; & mulieres illæ Naupræstitæ dictæ sunt. At Græci, qui cum illis erant, exustis navibus ibi habitaverunt.

Festus, Salentinos, ortos putat à Cretensibus, & Illyricis, qui societate cum Locrensis inita, iis in locis confederunt, parum post Trojæ destructionem. Hòc idem refert Varro in 3. lib. de rebus humanis, relatus à Probo in 6. Eglogam Virgilii, dicens: Gentis Salentina, nomen tribus è locis fertur coaluisse, è Creta, Illyrico (hodie Schiavonia) & Italia. Idomeneus Rex è Creta Oppido Lyctio pulsus per seditionem bello Magnesium cum grandi manu ad Regem Clivium venit ad Illyricum. Ab eo item accepta manu cum Locrensis, plerisque profugis, in mari conjunctus, amicitiaque per similem causam societatis Locros appellavit, vacuata eo metu Urbe, ibique consedit, aliquotque Oppida & condidit, in quibus Uria, & Castrum Minerus nobilissimum, in tres partes divisa copia, in populos duodecim. Salentini dicti, quod in salo amicitiam fecerint. Id ipsum & Sextus Pompeius tradit, qui Salentinos in Magna Græcia ponit, ait enim Salentinos, à Salo dictos, Cretas, & Illyricos, qui cum Locrensis societatem fecerunt ejus regionis Italia, quam Magnam Græciam appellabant. Et Virgilius Æneid. lib. 3. Helenum loquentem inducens, Salentinos campos ab Idomeneo Cretensi in Magna Græcia obseffos inter Locros, & Peteliam (hodie Policastrum, vel Strongolim) Calabriæ urbes scribit. Ait quidem:

*Has autem terras, Italiq; hanc littoris oram
Proxima quæ nostri perfunditur æquoris æstu,
Effuge, cuncta malis habitantur mœnia Graijs,
Hæc, & Naricii posuerant mœnia Locri:
Et Salentinos obsedit milite campos
Lyctius Idomeneus: hic illa Ducis Melibæi
Parva Philoctete subnixâ Petilia muro.*

Denique Salentinum promontorium in oppido, quod hodiè vocatur Stalatti, propè Scyllaceum, cervicem erigit. Vnde Sallustius, referente Servio in 3. lib. Æneid. ait: *Omnis Italia coacta in angustias, scinditur in duo promontoria, Brettium, & Salentinum.*

Italia autem, ut omnes innuunt, & res ipsa loquitur, nusquam est angustior, quam inter sinus, Scyllaticum, & Tirrenum, cujus lati-

latitudo, ut hic, principium versus relatam est, viginti mille passuum est. Ut autem Italia angustior in hæc duo promontoria scindatur, quæ se invicem spectent, est necessum. Brettium autem promontorium Tyrrheno pelago in Terineo sinu prominet, Subarum vocant accolæ: Salentinum verò à regione Brettii promontorii Jonio mari in Scyllatico sinu incumbit, Stalatum, seu Scallattì, ut dixi, indigenæ appellant.

C A P. VI.

De occidentalis, septentrionalisque Calabria antiquis nominibus.

SVindè, procedente tempore, Calabria pars quæ ad occidentum, & Septentrionem vergit, dicta est Brettia à Brento, sive Brettio Rege, Herculis Hipponiaci filio; (*vid. inf. cap. 12. & lib. 3. cap. ult.*) sicut Oenotria ab Oenotro, Italia ab Italo &c., ut Stephanus, & Eustatbius autumant. Ait enim ille in *lib. de Urbibus: Brettium urbs, Brettiorum Tyrrhenorum à Brento filio Herculis, & Baletia, quæ fuit Baleari incolæ Brettii; & regio Brettia, & lingua. Aristophanes ait: Nigra, gravis lingua Brettia est. Antiochus* autem Italiam dicit appellare Brettiam, deindè Oenotriam. Hic verò in *Dionysium Apyrum* ait: *Brettii à Brento filio Herculis dicuntur.* Qui, Brenti per, n, vel Brettii per duplex, tt, scribi debent; & non, ut aliqui scioli, ac perversi, & in scriptis suis, & in veterum Authorum libris de industria pro Brettio nomine, Brutium, convitiij loco, falsè, ac temerè scribunt, & immutant, quasi brutiorum, rusticorum, & bestiarum nobilissimæ Romanorum familiæ à brutis, rusticis, & bestialibus moribus dictæ sint. Quos acerrimè, & sapientissimè *Gabriel Barrius lib. 1. propè finem* ad saturitatem impugnat. Jam verò omnes Græci Authores Brettios scribunt: Et ipsimet Brettii in suis nummis Brettion per duplex, tt, inscribunt, ut egomet propriis oculis in pluribus observavi. Cudebant enim nummos, tum æreos, tum argenteos variis signis, græcis literis inscriptos, inscriptione hac *Βερτιών*, hoc est Brettiorum. Nam ut opinari licet, græca lingua, & fortasse etiam barbara, idest lucana utebantur, quod Lucaniæ finitimi essent. Sed re vera hanc quæstio-

stio-

tionem solvit *Curtius Inghiramus in suis fragmentis Etruscarum antiquitatum*, ubi in indice ad *lit. B. & lib. 2. fol. 129.* distinguit inter Brutios antiquos, & modernos, licet, similitudine dictionum, deceptus, utrosque Brutios vocat; cum, antiquos, Brutios, modernos verò Brettios vocare debuerat. Dicit ipse *lib. 2. fol. 30. lit. A. Oenotrius, & Peusentius hanc regionem, scilicet Calabriam, habitantur: Hi Arcades fuerunt. Ab Oenotro, Oenotrii dicti sunt, à Peusentio Peusentini; & ab utrisque antiqui Brutii ducunt originem.* Moderni ducunt originem à Brento filio Herculis, ut dixi.

Alii dixerunt, sic dictam à Brettia Regina, quæ regnavit post Brentum Herculis filium, ut *Jernandis* (quem sequitur *Alexis Sybarita* Poeta comicus vetustissimus, qui inter alias Comedias, scripsit, quam Brettiam appellavit) eo in *lib.* quem *de rebus Graticis* scripsit. *Brettiorum regio nomen quondam à Brettia sortitur Regina.*

Sed *Justinus lib. 23.* aliam narrat historiam, sic dicens: *Agathocli Sicilia Regi in Italiam transeanti Brettii primi hostes fuerunt, qui & fortissimi tum, & opulentissimi videbantur, simul & ad injurias vicinorum prompti: Nam multas Civitates Graci nominis Italia expulerant; Auctores quoque suos Lucanos bello vicerant, & pacem cum his aequis legibus fecerant. Tanta feritas animorum erat, ut nec origini suæ parcere. Namque Lucani iisdem legibus liberos suos, quibus & Spartani, instituerent soliti erant. Quippe ab initia pubertatis, in sylvis inter pastores habebantur, sine ministeria servili, sine veste, quam induerent, vel cui incubarent; ut à primis annis duritia, parsimoniaque, sine ullo usu Urbis, assuescerent: Cibis his præda venatica, potus aut lactis, aut fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabantur. Horum igitur ex numero quinquaginta primo ex agris finitimorum prædari soliti, conflente deinde multitudine, sollicitati præda, cum plures facti essent, infestas regiones reddebant. Itaque fatigatus querelis factorum Dionysius Sicilia tyrannus, sexcentos Afros ad compescendos eos miserat, quorum castellum proditum sibi per Brettiam mulierem, expugnaverunt; ibique Civitatem, concurrentibus ad opinionem nova Urbis pastoribus, statuerunt; Brettiosque se ex nomine mulieris vocaverunt.*

Sed de Brettii nominis origine allucinatür *Justinus*, sive *Trogus*. Tum quia dicta est Brettia, longè ante Dionysium tyrannum, ut tradit *Barrius lib. 1. pag. 29.* Tum etiam, quia sub id tempus, quo Dionysius regnabat, quatuor in Calabria republicæ erant, Rhegina, Locrensis, Crotoniensis, & Thurina (à *Thurio* Civitate, olim

olim Sybarim, nunc Terranova de Tarsia) quæ in totius Calabria regione dominabantur. Et Thurina in ejus quoque parte dominabatur, quæ Lucanis ultra Laum amnem contermina est; proinde fieri nequaquam potest, ut quinquaginta pastores, quicumque hi fuerint, Thurinorum, quorum potentia non modica erat, Oppidum aliquod, etiam confluentibus accolis, expugnarent. Neque Thurii adversus illos externo auxilio egebant, ut illos profligarent; neque si eguissent, illud à Tyranno, quo cum nullam unquam societatem habuerunt, implorassent, qui jam Thurios oppugnare conatus est: Nam, quod *Dionysius Siculus* dicit, Brettios Arponium, & Thurios infestasse, id non à quinquaginta pastoribus, sed à Brettii Calabriae populis, ubi successu temporis potentes effecti sunt, fuisse dicendum. Sed neque etiam fortes, & bellicosos viros à muliercula proditrice cognomen sumere credendum est; nam proditoribus nulla amplius fides habetur, nullus honos.

Vltima, ut *Plinius* tradit, pars Calabriae minima, dicta est Lucania, circum Thurios. Qui Lucani, ut ex verbis supra allatis *Justinus* colligitur, Brettii postea dicti sunt, vel à Brento filio Herculis, vel à Brettia Regina, ut diximus. Lucani, quos Barbaros *Strabo* vocat, erant populi Sanniti, qui ad Calabriam, Duce Lucio, venerunt, à quo Lucani dicti sunt. Ait enim *Strabo lib. 6. Cam autem res Samnitica eò magnitudinis crevisset, ut Cbonos, & Oenotros eiecissent, Lucanos eam in partem Colonos Samnites deduxerunt. Cumque Græci utrumque simul litus ad fretum usque tenerent, inter Græcos, & Barbaros, diuturnum constatam est bellum. Demum postea Barbari, hoc est Lucani, à Græcis inde exacti sunt. Deinde in Lucaniam (vulgò Basilicata) deducti sunt, cui Lucania nomen dederunt.*

Jam diximus cum *Justinus*, quod Brettii primùm cum Lucanis, originis suæ authoribus, bellam fecit. Quæ victoria erecti, cum pacem æquo jure fecissent, etiam cæteros finitimos armis subegerunt; tantasque opes brevi consecuti, ut perniciosi etiam Regibus haberentur. Hinc Tarentinos infestarunt, ita ut Tarentini Alexandrum, Epiri Regem accire cogerentur, ut sibi opem ferret, ut *Livius lib. 8.* prodit; qui, cum in eorum auxilium cum magno exercitu in Italiam venisset, apud Pandosiam (quæ est in flumine Acheronte, hodiè *Campegnano*) urbem à Brettii, *Cam omnibus copiis trucidatas est*, ut idem *Justinus eod. lib. 23.* dicit. *Quare feritas eorum, successu felicitatis incensa, diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum, ut tradit idem Justinus, imploratus Agathocles, spe ampliandi Regni, à Sicilia*

çilia in Italiam trajecit: (Et hoc tempore forsitan, ut credibile est, Agathocles Hipponio potius, ibi nobile emporium instituit, quãvis in tali dominio parum duravit.) Principio adventus opinionis ejus concussi, Legatos ad eum, societatem, amicitiamque petentes, miserunt. Quos Agathocles ad cœnam invitatos, ne exercitum trajecti viderent, in posterum statuta bis die, conscensis navibus frustratus est. Sed fraudis haud latus eventus fuit, siquidem revertendi eum in Siciliam, interiectis paucis diebus, vis morbi coegit.

Brettii etiam, ut Diodorus Siculus in Philippo auctor est, in ditionem suam redactis Arponio, Thariis, aliisque aliquot urbibus sibi suam rempublicam instituerunt. Atque Q. Servillo, & M. Tusilio Cons. cum milites Timoleontis, ab eo. uti desertores, Urbe pulsi, Duce Tbrasio, ex Sicilia in Italiam transfissent, Oppidum maritimum Brettiarum, & occuparunt, & diripuerunt. Qua injuria Brettii commoti, coactis magnis copiis, contra eos profecti sunt, Oppidoque, in quo erant, vi potiti, omnes eos trucidarunt.

Itaque post Auxoniorum, Oenotrorum, & Itatorum Reges, qui universæ regioni domiati sunt post Philoctetem, qui quotæ regionis parti imperavit, & si qui alii ejusmodi in ea regnarint, quatuor Republicæ in Calabria fuere, quæ toti regioni dominabantur, Rhægina, Lœrensis, (quæ cum Hipponiaca unam conficiebant Republicam) Crotoniata, & Sybarita: Sybari verò à Crotoniatis solo æquata, ejus Republicæ Thurina, *Terranova di Tarifa*, successit. Cum verò postea Brettii potentia polluere cœperunt, complura harum Rerumpublicarum Oppida subegerunt, ac sibi suam Republicam & ipsi constituerunt. Adeo humanæ res, fortunæ temeritati, & inconstantiæ subjectæ, volubiles sunt.

C A P. VII.

De Magna Græcia, & Calabria
æthymologia.

Græci etiam Calabriam appellarunt Magnam Græciam, ut *Iamblico* placet, ob Pythagoræ frequentes discipulos, *Qui*, inquit, *eloquentissimi, & doctissimi erant, obque magnum frequenque ejus gymnasium.* Hoc etiam tradit *Cicero Tuscul. lib. 4.* inquit: *Qui*

Quis est enim, qui putes, cum floreret in Italia Græcia potentissimis, & maximis Urbibus ea, quæ Magna Græcia dicta est; in iisque primùm ipsius Pythagoræ, deinde Pythagoreorum tantum nomen esset; nostrorum hominum ad eorū doctissimas voces aures clausas fuisse? Idem passim, & præsertim lib. 3. de oratione scribit. Quibus in locis, & lib. 1. & 4. Tusc. dicit: Pythagoram Magnam ipsam Græciam præceptis, omnibusque doctrinis, artibusque expulisse; atque ita Pythagoreos doctos fuisse, ac nulli alii docti viderentur. Qui non Calabros modo, sed reliquos etiam Italos, vel Romanos (ut Cicero tradit) atque etiam orientales Græcos, instituit, ac disciplinæ erudierant. Quorum auctoritatem Cicero plurimum apud se valere dicit. At enim in Lelio, de immortalitate Animæ loquens: Plus apud me valet, vel nostrorum majorum, qui mortuis tam religiosa jura tribuerunt, quod non fecissent profecto, si nihil ad eos pertinere arbitrarentur, vel eorum, qui in hac terra fuerant, Magnamque Græciam, quæ nunc quidem deleta est, tunc florebat, instituit, & præceptis suis erudierunt. Quibus verbis Cicero Calabros Philosophos immortalitatem animæ tenuisse ostendit. Nam, & Philosophi summi, & Pœtæ, & Legumlatore, & Rethores, & Dialectici, & Medici, aliarumque rerum scriptores complures omni tempore evaserunt.

Pythagora floruit Numæ Pompilii Secundi Romanorum Regis tempore, secundum D. Hieronymum, qui adversus Jovinianum scribens, ad Romanamque apostrophans, inquit: Adhuc sub Regibus, & sub Numæ Pompilio sacillitas majores tui Pythagora continentiam, quædam sub Consulibus, Epicuri luxuriam susceperunt. Vnde Laetius: Ad Pythagoram ex Italicis, Picentes, Lucani, Messapii, & Romani disciplina studiorum causa proficiscentes cum eo perdebant. Pythagoræ schola perennavit deinde per novem sæcula: Hinc Constantinus Lascaris, de Philosophis Calabris, inquit: Verum illud iterum absque rubore memorabo Italiam, Siciliam, & Magnam Græciæ nostræ partem, primùm Calabria tuæ oltrici, suisque Pythagoricis maximè deberi; nam per vovingentos annos ab ipso quinquagesima tertio Pythagoræ usque ad Constantianam Imperatorem cognomento Magnum, doctrina ipsa, & secta Pythagorica per dictas regiones floruit, teque exempto tot, tantorumque Philosophorum, quos tua Calabria genuit, erudivit, atque ad culmen virtutis perduxit.

Aut Calabria dicta est Magna Græcia, ut Estadius in Dionysii Apollonii vult, ob in eam regionem frequentes Græcorum Colonias deductas, Civitatesque eundas, & magnas ab eis condi-

tas.

tas. Siquidem plerique Græcorum Proceres, regionis fecunditate, & felicitate allesti, & ante, & post Trojanum excidium illud contenderunt. Cicero etiam *Tusc. lib. 4.* ut diximus, inquit: *Quis est enim, qui putet cum floreret in Italia Græcia potentissimis, & maximis Urbibus, ea, quæ Magna Græcia dicta est.* Et Strabo *lib. 6.* de Nesto fluvio loquens, *Troja eversa, Græcorum complures, navibus à Trojanis, matieribus combustis, secundam Græciorum, regionis bonitate inspecta, multas sedes fecisse, hos est, oppida condidisse, scribit.*

Athenæus autem lib. 12., & Archilagus Poeta apud eundem, Calabriam dictam volunt Magnam Græciam ob delicias, & felicitatem universæ regionis, & multitudinem hominum. Quod comprobare videtur Plinius in Italiæ descriptionis primordio, dicens: Ipsi de ea judicare Græci, genus in gloriam suam effusissimum, quæ tam partem in ea appellando Græciam Magnam. Item Strabo *lib. 6.* dum Calabriæ regionem describit, ait: *Transporetes Græca amplificata sunt, ut hanc Magnam Græciam appellarent.* Ob has ergo tres causas Calabria regio Magna Græcia dicta est.

Sed notandum, omnes, qui de Magna Græcia locuti sunt, eam Italiæ partem esse, quæ & Ausonia, & Hesperia, & Oenotria, & Italia sola primum dicta est, nunc Calabria vocatur, dixisse. Et sic intelligitur *Ovid. Fast. lib. 4.* quando dicit:

Itala non velas Græcia Major erat.

Vnde *Trogus Pompejus lib. 2.* de Metapontinis loquens, inquit: *Omnis illa pars Italiæ Major Græcia appellatur.* Item *Virg. Æneid. lib. 3.* Helenum Æneæ in Italiam tondere, & Græcas Vrbes fugere jubentem introducens, ait:

Has autem terras, Italiq; hanc litoris oram

Effuge, cunctis malis habitantur omnia Græci.

Inde Locros, & Peteliam commemorat. Quibus verbis *Virgilius* insinuat eam tantum partem Italiæ, quæ id temporis Calabria est, à Græcis habitatam, alioquin non dixisset Æneæ Helenus, in Italiam, & Græcas Vrbes fugere, si tota tunc Italia, ut quidem falso opinantur, Magna Græcia fuisset; præsertim etiam, quod hanc oram Itali litoris, eam Italiæ partem intelligit, ubi Locri, & Petelia sunt. Jam verò etiam nonnulla Oppida, Pagique græci nominis sunt in Calabria, qui in quotidiano sermone græca, & latina lingua utuntur: Sacerdotes verò græca lingua, ac ritu, hæc divitiarum faciunt. Atque cuncta ferè Calabria prisca Oppida, ac Pagi, ac propria loca, græcis sunt appellata nominibus.

Evidens igitur est ex omnibus, quod Calabria, primò dicta est Auxonia, vel Aufonia, mutato x, in s, Hesperia, & Saturnia. Deindè Oenotria, & Paucenia. Postea Italia. Tum Morgetia. Exindè pars ejus quota circa Rhegium, Sicilia nuncupata est. Quota verò pars circa Peteliam, & Crotonem appellata est Chonia, & Japygia, & Salentina. Postmodum, vel ante, pars quædam circa Sybarim Lucania dicta est, Lucanis eam partem occupantibus, à quibus Brettii orti sunt. Postmodum Græci à rerum copia, & bonitate eam appellarunt Calabriam, ut prisca Aufoniam. Indè Magnam Greciam ob copiam præstantissimorum virorum in ea oriundorum; quales & quantos viros omnem reliquam orbis terrarum partem, & corporis viribus, & moribus, & doctrina insigniores nunquam produxisse, & habuisse auditum est. Atque ita hæc regio ob frequentes Græcorum Colonias, qui loci amænitate, ac rerum ubertate, ac præstantia allecti eò confluebant, tot est appellata nominibus Novis tamen supervenientibus, vetera, aut (ut usu identidem evenire solet) desinebant, aut aliam in-oram transibant, manabantque. Ut Aufonia: Hesperia, Oenotria, & Italia, in eam figuram, quæ nunc Italia est. Sicilia in Trinacriam insulam. Calabria in eam modicam oram, quæ modo Apuliæ pars est: (Vndè, qui Calabri tunc erant, eos nunc Apulos, & Salentinos appellamus) Nam cum Magna Græcia dici est cœpta, desit interdum vocari Calabria. Dicta quoque fuit pars ejus quota occidentalis Brettia. Sed tandem postea quam Magna Græcia desit, Calabria (quod nomen regioni præcipuè convenit) rursus appellata est. Nam, ut dixi, ante Trojæ ruinam Græci Chalcidenses, à quibus incepit Græca locutio in Calabria, & de quibus mentionem facit *Marassoti in hist. Calab. lib. 1. cap. 3.* Deindè Oenotrus, & Peuceptius fratres Arcades eò concessere. Post verò Trojanum excidium complures Græcorum Procerum, qui bello Trojano præsentis adfuerunt in Calabriam contenderunt, ibique Civitates statuerunt, ut Philoctetes (à quo Petelia, & Turma urbes in ea conditæ fuere) Herculises comes, & hæres. Orestes, qui & portui cuidam nomen dedit, *vid. cap. 9. vers. finem.* Ajax Oilcus Sagaris filius, cum Naritiis Locrensiū populis. Erāt tunc temporis in Græcia Locrenses populi in tres nationes divisi, in Ozolas, in Naritios, & in Opentios, Beatiis finitimos. Qui Ajacem Regem sequuti sunt, Naritii fuere: Cum ergo Ajax Rex illuc pervenisset, Urbem condidit in monte, qui est ad dexteram Italiæ, & opponitur Pæloro, eamque appellavit Locros, quo Locrensiū habitatoribus ob gentis memoriam gratificaretur. De qua *Virg. sic loquitur:*

Hic

Hic & Naritii posuerunt mania Locri.

Vlyfles, à quo insulæ parvæ contra Hipponium, nomen sunt mutatæ, quæ Ithaceusæ à Plinio nuncupantur; extruxit etiam in Calabria insignæ Minervæ templum, ut *Solinus* tradit. Item Epeus, Nestor, Idomeneus, Menelaus. Item Phocenses, ut infra *cap. 8.*, & Athenienses etiam in Calabriam Colonias misere. Contulere se in Calabria, & Mnestei Trojani viri.

Tot igitur nominibus appellata est Calabria regio. Quam denique Calabriam appellavere Græci à *καλός*, *Calos*, scilicet Calon, quod bonum, pulchrum, & honestum significat; & *Βεῖθο*, *Briso*, videlicet Brio, idest emano, & scaturio, quod bonis omnibus scaturiat, & quod sit regio in primis fertilis, ut explicat *Ambrosius Calepinus*. Igitur dignis honoribus honestari deberet, tanquam totius Italiæ caput, & princeps, cum Italia omnis, ut diximus, à Calabria Italiæ nomen habuit. *Sed hodiè, heu tempora, à multis malignis, ac perversis hominibus, non modo illuditur, tanquam obiecta, sed etiam sua, suorumque Civium, ac aliorum præbra, & ignominie (tanta est horum in Calabrum nomen iniquitas, & invidia) malignè, ac perperam Calabriae ascribuntur: Et è contra, Calabriae gloria, clarique, & doctrina, & sanctitate Calabri viri, suis, aut aliorum regionibus, ac Civitatibus tribuuntur*, ut sapientissimè tradit *Gabriel Barrius lib. 1. circa finem*. Sic disponente divina voluntate, ne diù res humanæ in eadem scilicet permanerent, sed mutationibus sint semper obnoxia, quibus depressus hominis animus superbus viam stabilis, & immutabilis veritatis inquirat.

Calabria hodiè divisa est in duas Provincias, in Inferiorem, scilicet, & Superiorem, seu Vltiorem. Superior initium sumens à Locrorum Civitate, nunc Hieracium nuncupata, à qua incipit frons Italiæ, protenditur ex parte occidentali, quæ Siciliam respicit, usque ad Neocastrum Civitatem: A parte verbò meridionali, & orientali Crotonem vetustum usque protrahitur, columnarum caput nuncupatum à columnis, quæ ibi usque ad hodiernum diem videntur. Altera verbò Calabriae pars (cujus terminos vide, ex his quæ *cap. 1. diximus*) Inferior vocatur.

C A P. VIII.

De Hipponii situ, æthymologia, & origine. Et aliqua notatu digna memorantur.

PRæmissa regionis universa descriptione, nunc verò quicquid de Hipponii ora memorata dignum sit annotare aggrediar. Et consultò totam prius scripsimus regionem; multum enim ejus cognitio ad Hipponii noticiam habendam, & ejus gloriam ampliandam deservit; & de hujus Urbis gloria dubitare etiam quis posset, si regionis majestatem ignoraret.

Hipponium igitur Vrbs fuit vetustissima, in ea Italia regione posita, quæ tunc Ausonia, hodiè Calabria est appellata. In ea videlicet plaga, quæ occidentale, seu Tyrrenum respicit mare. (Nuceria antiquitus Terina dicebatur. A Terina *Plinius* Terinum sinum, seu Tyrrenum vocat. A Vibone Vibonensem, sicut & *Cicero in epiſt. ad Atticum*. *Strabo* sinum Hipponiatem vocat ab Hipponio, de quo loquitur, *Aristoteles* verò Lameticum à Lametia urbe, sic dicta à Lametio fluviò, nunc S. Euphemia oppidum. Antiochus autem apud *Strabonem* Nepetinum vocat à Nepetia urbe) hujus ergo maris littus cum inibi in brachii specie curvetur, stationem efficit tutam. Hic tellus se paulatim in montem erigit deorsum, in cujus vertice, planitiæ admodum dilatantur, ut edificata fuerit hæc Vrbs amplissima, cujus murorum ambitus octo mille passuum spatio terminabatur, & ultra. In eodem loco posita erat, ubi nunc Monsleo cervicem erigit, *vid. lib. 2. cap. 1.* Et licet multa assequata fuerit nomina, propter multas everſiones, & ruinas, quas infelix passa est, *vid. lib. 2. cap. 4.*, verùm semper in eodem loco reedificata fuit; dum extra mœnia ulla neque everſa conspiciuntur ædificia, sed tantum longus murorum circuitus, quo illa circundabatur, qui nunc magna cum admiratione à multis perspicitur, hinc, & indè apparens, nempe juxta trapetum Marzoni, ubi locus, qui *Cannone* dicitur, longus murus apparet Stefanaconem respiciens, ex quadratis lapidibus elatus. Item propè Porticellam, Cufellum, & juxta viridarium S. Francisci, propè piscinam, *del Gran Camerlingo*,

linga, longum parietem, jam obrutum ego vidi latitudinis duodecim palmorum, ex lapidibus quadratis; Murus iste occasione ejusdem piscinæ destructionis inventus est, quam anno 1704. contriverunt, & ex ipsa, & pariete, gratia fabricandi domum juxta Divi Leonis lucæ Delubrum, magnos carpebant lapides. Aliisque multis in locis apparent murorum vestigia, ut suo libito curiosus quilibet videre poterit, quæ summo sanè studio conservari deberent: ne tantæ rei memoria prorsus aboleretur. Thesauri etiam, qui intra Hipponii muros cælati inveniuntur, in dies supradicta corroborant. Anno 1647. propè Scrimbiæ fontem ab agricola quodam maximus inventus est thesaurus, nummis aureis, & argenteis in Hipponio impressis onustus; agricola verò nimia quantitate territus, cuidam Cavensi pannorum mercatori thesaurum præsentavit; quod, ex processu, per Regiam Cathacii Audientiam, ad Fiscum, & partis instantiam compilato, evidenter apparet. Alium etiam in eodem agro Consentini fossores reperiunt; hi noctis tempore thesaurum, fugam patriam versus arripiendo, sibi ipsi dividunt: At duo in itinere congregati, contra tertium, illum interficiendo, acceptis pecuniis, irruerunt; qua de causa statim apud Consentiam ambo laqueo suspenduntur. Alius tandem juxta Sancti Joseph Ecclesiam, à Presbytero Corticosa ad ponendum arborem fodiente, repertus est. Et alii plurimi inventi sunt thesauri, immediata causa exaltationis multorum, quorum historiam brevitatis gratia relinquo.

Vndè allucinatur *Pater Leander (insidiosus vulgaris scriptor, qui quod latine scribere nescisset ingens volumen convitiis, & mendaciis refertum, sibi, suisque similibus dignum, scripsit, ut dicit Barrus lib. 1.)* relatùs à *P. Joanne Cropani in sua Calabria illustrata pag. 132.* qui *Ptolomei, & Strabonis* auctoritati, ut ipse dicit, innixus, extendit Hipponium in mare, à Castro Vibonis, usque ad Angitolæ flumen, quod ab eodem Castro duodecim mille passus distat. Quod an possit esse? dicant ipsi accollæ, dicant vestigia, fama dicat, etiam dicat loci situs: Certè opinio hæc chimerica videtur. *Strabo*, de loco, vel Hipponii situ nec quidem verbum facit. *Ptolomeus* loquitur de Hippone in Africa; *De Civitatibus cap. 24. mediam versus*, sic ait: *Ipsi etiam, scilicet Fœnicæ, Tiram in Syria, ipsi Uticam in Africa, Hipponem in Sicilia, aliasque Urbes in ora maritima considerant.* Immo Hipponium non sic vocat, sed in toto opere Vionvalentiam; scilicet *lib. 3. cap. 1. vers. 11. & in 6. Europa tabula;* ex qua *P. Leander* arguitur Hipponium, in ora maritima situm fuisse; sed falsè; ibi enim Vionvalentia, non in mare, sed ubi nos

nos diximus intuentibus apparet delineata .

Allucinatur etiam Glosa, quæ Hipponium aquis circumdatum, & in solo palustris fuisse opinatur . Adducamus quæso ad litteram, verba Textus, & Glosæ, quæ sibi contraria est, ut, nostra magis elucescat opinio. *Iulianus in lib. 86. ff. in leg. 6. ad leg. Rhod. de jactu*, sic inquit: *Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis, deustis armamentis, & arbore, & antenna, Hipponem delata est, ibique tumultuariis armamentis ad præsens comparatis Ostiam navigavit, & onus integrum pertulit, &c.*

Ibi Glosa nam. 1. *Hippo. Nomen Civitatis est aquis circumdata, stantisque in solo palustri. Vid. Plini. lib. 1. cap. 4. circ. princ. Et lib. 3. cap. 5. sub fin., ubi ait suis temporibus Vibonem Valentiam appellatam, & erat Locrorum Colonia. Vide Budæum in fi. deposi. leg. 1. Videtis etiam Vocabularium utriusque Iuris.*

Ego, ut verum fatear, historicus sum, sed non multæ lectionis, sed obstupui hanc Glosam legendo . Cui certè deferendus est honor: Sed si liceat contra ipsam, & quemcunque alium sic glosantem argumentari, dicerem ipsum glosatorem nec etiam legisse Plinium. Qui utique *lib. 3. cit.* locutus est de Hipponio, Vibonem Valentiam appellato, quod erat in Calabria, & de quo sermo est. Sed *lib. 5. cap. 4.* loquitur de Hippone Africæ Civitate, quæ nunquam Vibo Valentia dicta est. Videns eum locis citatis . Et de hac Civitate fatur lex, *Navis adversa ad leg. Rhod. de jactu* : Nam postea subjungit *Ostiam navigavit. Obiis enim est Africam versus.*

Hinc erravit *Ioseph Capialbus in hist. Montisleon. cap. 5. pag. 22.* dicens, loquendo de portu Vibonis: *Talis statio, fuit apud Romanos talis, & tantæ existimationis, ita ut in legis exemplum primi legum conditores ea usi fuerint, ut scriptum reliquit Iulianus in lib. 86. &c. his sequentibus verbis. Navis adversa tempestate depressa, ictu fulminis, deustis armamentis, & arbore, & antenna, Hipponem delata est.* Proindè satis abundè ostensum est, Hipponium eodem in loco fuisse, ubi nunc videtur Monsleo.

Ut autem ad æthymologiam deveniamus. Hipponii nomen ei Græci deindè posuerunt . Vel à valido Hipponensium equitatu, quo pollebant; *ἵππος* Ippos sœm. gen. accipitur etiam aliquando pro ipso equitatu, seu equitibus, *ἵππος*. Cui opinioni assentitur *Capialbus cap. 1. pag. 5.* Et *Νέω Νίο*, pro *Νέω Νέο*, in cumulos ager, seu cumulo. Vnde *ἵππωνιον* Ipponion, idem est ac equites cumulo.

Vel, ut vult *Stephanus Bizantius*, ab Hippone Heroe, fortassis

his Equite Phocense; nam Phocenses, post Trojæ excidia, multas Urbes in hac ora, & alibi in Calabria, aut condiderunt, aut ab Ausonius, & Oenotriis conditas incoluerunt. Et sic refert *Gabriel Barrius*, & *Marafiotus*, ubi de Monteleone tractat, quibus adhæret *Pater Cropani*.

Vel Tandem, teste *Scipione Mazzella in hist. Regni*, à forma equina, quam ei conditores dederunt. Apud Græcos enim Ἴππος *Ippos*, idem valet, ac apud nos Equus, ut tradit *Hom. Xen.* & alii apud *Lexicon Græcolatinum*.

Revera Hipponium, nomen vetustissimum est, nec in dictionario græco illud invenio; unde potius nomen hoc, ab Ascenezeo aliquo, sic vocato, ei inditum est: nam, ut statim dicemus, Ascenezei, à Græcis Ausonii dicti, Hipponium condiderunt.

Circa Hipponii fundatorem, etiam divisi sunt Authores. Alii ab Hercule fuisse conditum opinantur. *Scrimbiarum aquam* (Vid. lib. 3. cap. 3. vers. fin.) *perenni latice rigantem Hipponium*, ab *Hercule conditum*, diratum eversa Carthagine à Romanis (sed hoc mihi displicet, ut videbis lib. 2. cap. 1. & 4.) *reædificatum Vibonem Valentiam appellatum*, *Hipponiati cives*, sub *Excellentissimorum Dominorum D. Fabritii, & D. Hieronyma. Pignatelli dominio*, summa pace fruentes, publicæ commoditatis ergo, *Antistite benemerito Illustrissimo, & Reverendissimo Virgilio Capponio hæc tertio* (vid. lib. 3. cap. 3. ex quibus intelligiges quare dicatur hic tertio) *restituendam curarunt anno Domini 1630. F. M. & N. S. M. M.*

Alii, à Locrensibus, *Straboli. lib. 6. Hipponium Locrorum ædificium*, quod *Brettiis obtinentibus eripere Romani: Et mutato deinde vocabulo, Vibonem Valentiam appellavere*. Huic opinioni assentiri videtur *Capialbus cap. 1. pag. 4. & 5.*

Sed neutra mihi placet. Quia Hipponium ante res Trojanas fuisse penè apud Authores omnes certum est; & hoc apertè tradit *P. Cropani*, ut statim. *Hercules* autem, de quo *Epitaphiam Scrimbiæ* loquitur, sexaginta tribus annis ante res Trojanas natus est, & vixit annos quinquaginta duos, ut tradit *Guilielmus Rovillo in suo promptuario nummorum pag. 37.* Sequitur ergo, Hipponium ab *Hercule conditum non fuisse*. Insuper, ut *lib. 3. cap. ult.* dicetur, *Hercules in Hipponio natus est, ante Trojæ destructionem, vide etiam hic caput duodecesimum.*

Nec etiam à Locrensibus, *Perche*, sunt verba *Patris Cropani*, *sarebbe d'uopo rapportare la prima origine di questa Città qualche secolo appresso, cioè à tempo, che Locri era in forze di Repubblica,*

D

qual

qual non era circa gl'affari Trojani, ne' quali si suppone la fabrica d'Ipponio. Et Strabo dixit, quod sit Locrorum ædificium, idest edificium pertinens ad Rempublicam Locrensem; quia Hipponientes sedere acto cum Locrensisibus in societatem coiverunt.

Pater verò Joannes à Cropane Ordinis Cappuccinorum pag. 132. & Stephanus Bizantius, ac Marafiotus lib. 2. cap. 20. apud eundem Hipponium conditum volunt ab Hippone Heroe, Equite Phocense. Sed Cropani hic est sibi contrarius, dum prius inquit: *Che già caduta Troja, tra le molte Colonie de' Greci, quali passarono in Calabria, &c. sù quella de' Focesi, &c. che fondò Ipponio.* Et postea dicit. *Che circa gl'affari Trojani si suppone la fabrica d'Ipponio.* Igitur, si ad res Trojanas præsupponitur Hipponium, quomodo fundatores ejus fuerunt Phocenses post Trojæ excidium? Male ergo Pater Cropani pro Hipponii fundatoribus Phocenses assignavit. Sed bene dixit, Phocenses Calabriam adventasse post Trojæ excidium: Etenim evidens hoc est ex Homero Odiss. lib. 1. ubi ait:

*Nabolorum verò in Temesam filiorum,
Nauta perveniunt, ubi Lampetes.*

*Hipponii verticis ad mare promontorium
Asperum vergit, contra autem Crissa fines,
Crotoniatum mari oppositum subcum,
Bovum arabant acuto vomere.*

Super quibus verbis factum est: *Nabòli: filius fuit Epbitus, cujus filii fuerunt Schedius, & Epistraphus Phocensium Duces, qui apud Trojam cæsi fuerunt. Post autem Trojæ expugnationem, illorum socii in Italiam pulsi, Temesam incoluerunt, quæ Civitas est Calabria, quæ generosum aurum habet, quæ nunc Tempa vocatur (sed hodiè Melvitum, quòd à S. Marco quatuor mill. pass. distat), quæ Licophon, nunc Temesum, nunc Temesam nominat. Lampetus est promontorium juxta Temesam, & Lampetia urbs. Hipponium est Italia urbs, & promontorium. Ubi Crissa urbs est Phocensium à Crisso Panopei fratre condita è regione Crotonis. Crimissa dicitur à Barrio lib. 4. pag. 376. Inde dicta fuit Paternum. Nunc Cirrum, sive Cirrha dicitur. Abest à Strongoli mill. pass. octo, à mari quatuor. Fuit Sedes Episcopalis, quæ post vastationem regionis à Pœnis, Cretensibus, & Mauris in Briaticum translata est.*

Ex quibus factis verbis evidens est, Phocenses Calabriam incoluisse post Trojæ ruinam.

Hipponium igitur ab Ausoniis conditum est, centum sexaginta

ginta sex annis circiter post diluuium, in cacumine montis, quod planum videtur. Unde *Isiacus* dixit, Hipponium esse Italiae urbem, & promontorium; id est Hipponium est urbs, & est in promontorio. Mos enim erat prisca, condendi urbes in montibus (ut diximus supra *cap. 2. ex Dionys. Halicar.*) parvas, & crebras. Licet postea à Græcis ampliatus sit, quod concedere videtur *Berrius lib. 2. pag. 142.* illis verbis: *Subinde est Monteleonum, Hipponium olim ab Hippone Herbe, ut vult Stephanus, dictum, fortassis Phocense, nam Phocenses multas urbes in hac ora, & alibi in Calabria, aut considerant, aut ab Ansoniis (nota) conditas incoluerunt.*

Nec mireris de tanta Authorum varietate circa prædicta. Nam cum hujus Urbis nomen immutatum sit, & vestigia multa interierunt prorsus, quæ solo æquata fuerunt, magna ad ea indaganda, adhibenda mihi cura fuit, magnus subeundus labor. Præsertim etiam, quod veteres Scriptores loca pleraque, haud quidem distinctè, sed confusè scribunt. Siquidem *Strabo*, cum de *Petelia*, & *Cerillis* fatur, adedè implicitè scribit, ut quo in loco sint, ex eo sciri non possit. *Plutarchus* Vibonem *Lucaniae* urbem esse dicit, forsitan alicujus Authoris scriptis deceptus. Et *Glosa* supra citata ad *l. Rhod. de jact.* nonnè dicit, Hipponium esse in solo palustri, aquis circumdato? & citat *Plin. lib. 5. cap. 4.* ubi loquitur de *Hippone* civitate, quæ est in *Africa*. Et plerunque etiam inter antiquos Authores dissentio invenitur, adeo ut nec urbis quidem *Romæ* origo diligenter possit agnosci. Nam *Salustius* dicit, urbem *Romam*, sicuti *Ptolomæus* accepit, condidit, atque habitavere in initio *Trojani*, & cum bis ab origine. Alii dicunt ab *Evandro*, secundum quod *Virg.* dicit:

Tunc Rex Evandrus Romanæ conditor arcis.

Alii à *Romulo*, ut:

En hujus nate, auspiciis illa incluta Roma.

Si igitur tantæ Civitatis certa ratio non apparet, non mirum, si in aliarum opinione dubitatur. Unde nec historicos, nec commentatores variè dicentes imperitiæ condemnare debemus, quia antiquitas ipsa creavit errorem. Neoterici quoque Scriptores, atque moderni, tum veterum mendosis libris, tum vulgi, & imperitorum opinionibus, ac fabellis innixi in multos errores lapsi sunt. Quid de vulgaribus ignorantissimis Scriptoribus dicam? Te ipso videbis. Quare ad institutum redimus.

Hipponii urbis meminit *Lycophon in Alexandra. Vocabularium Utriusque Juris* dicit, quod *Locrorum* fuit *Colonia*. Deinde

fuit capta à Brettiorum Rege; ex eo, quia originem trahebat à Brettio Hipponiaco, Herculis, ejusdem Urbis, filio, *vide hic cap. 12. & lib. 3. cap. ult. Strabo, Quam obtinentibus Brettii.* In eodem tempore, vel paulo post ab Agathocle. Idem Strabo, *Hic Agatocles Sicilia tyrannus ea potitus Urbe nobile emporium instituit.* Pater Cropani: *Da' Locresti passò a' Brettii, ed avvenne allora, che questi, prese l'armi in mano, ed ordinata in Cosenza la lor Reggia, occuparono quanto lor fù permesso dall'altrui debolezza. Nel qual tempo, d' alquanto appresso, passando da Sicilia in Calabria Agatocle tiranno di Sicilia contro de' Brettii, s'impadronì d' Ipponio, ordinandovi un celebre mercato, di cui così scrive Strabone lib. 6. Hic Agatocles, &c. ut supra. Et hæ sunt antiquissimæ nundinæ, deindè aliæ tres additæ sunt, vid. lib. 3. cap. 3. Tum verdè à Romanis. Strabo, Quam obtinentibus Brettii eripuerunt Romani. Cujus florentissima regionis amœnissima prata esse constat, ad quam Proserpina è Sicilia (vid. cap. seq. per tot.) carpèdos ad flores venit. Hinc matronarum usus invaluit, ut collectis ex floribus coronas texant, cum dies festus agunt, quoniam empta gestare ferta vitio illis datur. A qua urbe Hipponienses, & Hipponiates, Vibonienses, & Valentina incola, sicuti dicit Barrius. Hic Gelo nemus amœnissimum extruxit, quod cornu Amaltheæ appellavit. De quo Duris apud Athenæum lib. 12. sic scribit: Cornu Amaltheæ locus est, quem struxit Gelo in nemore amœnissimo egregia pulchritudinis, aquisque irriguam juxta Hipponium civitatem. Fuit nempe Urbs hæc, ut in toto opere videbis, opibus, ac gloria, vel portu inclyta. Hanc, & Rhegium inter septem illustriores, & opulentiores Italiæ civitates fuisse, quæ substantia, & domorum pulchritudine, pavimentisque præstabant, Appianus bellor. civil. lib. 4. memoriæ traditum reliquit.*

C A P. IX.

De Proserpinæ Templo.

Proserpina, ut historiam trademus, filia fuit Calais, & Ermippi Hipponensium. Proclus in Epitome de Oraculis: Porro tunc Hipponiam Urbem Calais vita sancti Ermippi uxor regebat, cujus filia Proserpina per Vibonense litus cum vagaretur, Plutonis

sicali

ficulè pirata incurfus non evafit , qua cum plerisque mulieribus raptâ , ut matris dolor quiefceret , tanquam in Deâ fortis mutatam fuâ ferunt Hipponenfes , eique Templum erexerunt . Super quibus verbis Marafiotus lib. 1 . cap. 15 pag. 37 . fic ait : Mentre Calais , fpoſa d' Ermippo Ipponeſe , dopo la morte del marito ſignoreggiava la Città Ippone , perche avea una figliola di nome Proſerpina , ſpeſſo con altre donne Ipponeſi colei mandava à diporto . In quel tempo era uſcito un famoſo Corſaro da Sicilia , chiamato Plutone , il quale andava diſcorrendo le marème di Calabria , occorſe , che in un giorno Proſerpina figliuola di Calais ſtavaſi à diporto in canto al lido del mare dè Vibone , dove all' improvifo giongendo Plutone corſaro , ſeco la menò via , con molte altre donne ſue compagne . Mà per la perdita di colei gravemente ſi doſe Calais : Alla quale gl' Ipponeſi volendo conſolare , perſuaſero , che non Plutone corſaro aveſſe ſolto la giovanetta , mà Plutone Dio dell' inferno , per far la ſeco Dea , ed in ſegno di ciò edificarono un magnifico tempio , ed adorarono colei per Dea . Vid. eumd. Maraf. lib. 2 . cap. 20 . pag. 132 .

Scriptum reliquit *Sophocles* enarrator , Proſerpinam raptam fuiſſe à Plutone , cum narciffum colligeret , his verbis : *Nam vel antequam raperetur à Plutone , & delectabatur ; ajant igitur ipſam , cum narciffum colligeret , raptam fuiſſe .*

Et quando *Strabo* lib. 6 . dixit : *Ad quam* (ſcilicet Hipponii regionem) *Proſerpina è Sicilia ad carpandos flores venit .* Intelligitur de Calabria , non de Sicilia inſula . Sicut idem *Strabo* lib. 7 . relatus à *Natale Comito in explicationibus fabularum* lib. 3 . cap. 16 . in princ. dixit : *Valentiam , qua Hipponium olim dicebatur Civitatem è Sicilia in loco amaniſſimo , ubi florentiſſima prata èſſe conſueverunt , quo in loco cum flores legeret Proſerpina , à Plutone fuit raptâ .* Jam enim dictum èſt cap. 4 . Calabriam nuncupatam èſſe Siciliam . Conſequens igitur èſt , ly è Sicilia , idem èſſe ac è Calabria . Vel dicendum , Proſerpinam è Sicilia (in qua Pluto , non Pirata , ſed ejuſdem Proſerpinæ maritus , & patruus , dominabatur) Hipponium multoties , etiam poſt raptum , ſolatii cauſa petiſſe .

Hujus raptus meminit *Orpheus in Argonautis* , ubi videtur quoque ſignificare Proſerpinam non in ſpecu , ut aliqui fabulantur , ſed ſuper mare latam fuiſſe à Plutone , quem etiam Proſerpinæ patruum vocat (undè non fuit Pirata Sículus , ſed potius Hipponicus , & Ermippi frater) cum ita ſcribit .

*Ut teneros olim carpens Proſerpina flores
Sic Patruj decepta dolo , & portata frequentes*

*Per fylvas, ut jussit equos sua subjuga Plato
Terrificos, coleres, rapti ut Proserpina vasti est
Per dorsam portata maris, perque aquoris undas.*

Ad historię complementum, *vid. lib. 3. cap. ult.* Proserpinę verò sacrificia videbis hęc *cap. 1. 2.* Pinxit Proserpinę raptum, ut tradit *Plinius lib. 3. 5. cap. 10. circ. fin.* Nicomachus Aristodemi filius, ac discipulus, quę tabula fuit in capitolio in minervę delubro supra diduculam juventutis. Item, secundum eundem *lib. 34. cap. 8. circ. mediam*, Praxitiles quoque marmore faciliior, ideo & clarior fuit. Fecit tamen ex arte pulcherrima opera; inter quę Proserpinę raptam. Ille Praxitiles fuit Calaber, *Barrius lib. 3. pag. 222.*

Hęc est vera, & chronologica Proserpinę historia. Poetę tamen multa fabulantur. Hinc *Servius* in illud *Virg. 1. Georg.*

Nec repetita sequi caret Proserpina matrem.

hec ferè tradit: *Proserpina Jovis, & Ceresis filia, quę cum in campis eunais flores legeret à Plutone rapta. Quam cum Ceres diù frustra toto terrarum orbe investigasset, tandem à Cyane Nympha rem omnem edocta, petiit à Jove, ut communem filiam ab inferis sibi reducere liceret, quod ea dumtaxat lege impetravit, si nibi illa cibi apud inferos gustasset, quare cum Ascalaphi imdico palam factum esset, aliquot mali punici grana illam gustasse, omnis reditus spes illi fuit interclusa. Quod egrè ferens Proserpina Ascalaphum commatavit in bubonem, noctis avem, & tristiam semper rerum nunciam. Postea tamen Ceres à Jove dicitur impetrasse, ut Proserpina senis quotannis mensibus, secum apud superos, & totidens apud inferos, cum marito esse liceret. Quod Poetarum commentum Mythologici ad lunę naturam referunt (quam Proserpinę nomine intelligunt) quę æquali temporis spatio superius, & inferius hæmisperium illustrat.*

Scriptum reliquit *Theagenes*, ut *Apollodorus Cyrenæicus* in *lib. 1. de Diis*, Jovem ad placandum Proserpinam, ipsi Siciliam donasse. Unde ex hoc puto, *Siculos*, sicula aviditate, occasionem sumpsisse, Proserpinam suam conterraneam scribere.

Post Proserpinę raptum, ut dictum est, Hipponii habitatores magnificentissimum ejus Phanum, in littore Vibonis, seu Hipponii, versus castrum, de quo *cap. seq.*, hodiè Vibonę appellatum, ædificaverunt; æque ibidem locus usque nunc ostenditur, ubi Pluto Proserpinam rapuit, & ubi Hipponensium sæminę primum chorum in honorem Ceresis instituerunt, & Proserpinę Templum. Hipponenses et exerunt, non procul ab *Agelasto* petra vocata, super

per qua sedit Ceres, seu Calais, seu Cybeles Hipponiaca, audito casu Proserpinæ, cui petræ propinquus fuit locus vocatus Callichorus, nunc Castellarius, vulgò *Castellara*, erat antiquitus Hipponii vallum.

Proclus, in principio citatus, licet Proserpinæ templum apud Locros describat, ut tradit *Marafotus lib. 2. cap. 11. pag. 107.* tamen ejusdem Deæ propè Vibone Phanum nescio an expresserit, nec apud Authorem aliquem, quem præ manibus habui, delineatum inveni. Rumor tamen communis, & antiqua traditio unicum illius temporis mundi miraculum ipsum decantat. Erat igitur Phanum per angustum, sumptus immensi, ac amplitudinis, artificii-que tanti, ut pauca prorsus, quæ orbe terrarum tunc extabant Tempora, huic conferri posse existimem, sive magnitudinis, ac architectura ædificii spectabatur, sive præ tiam materiæ æstimabas. Totum templum vacuum præter fornicum partes, marmoreum erat, totumque innixum marmoreis columnis mirabilis altitudinis, numero tanto, ut incredibile videretur, quas Rogerius Guiscardus Calabriae Princeps Miletum traustulit, & in Episcopali æde, atque Sanctæ Trinitatis delubro locavit, ut fatentur omnes. Et *Marafotus lib. 2. cap. 16. pag. 121.* refert ad unguem hæc verba: *Tanta pietate idem Rogerius Rex floruit, quod superbia sua iudiciis non sperabamus, ut quos virtute aliqua præditos agnosceret, elevarer, & quos pauperes conspiceret adjuveret, & quos Dei religione insignitos videret, ut coram Dei Ministros, & Angelos genua flecteret. Novimus quidem miram sui cordis religionem, cum apud Lucanos, Appulos, Calabros, & alibi in Ecclesiis ab eo adificatis ejus hodie insignia monstrantur. Cumque apud Miletum duas construeret Ecclesias ex lapidibus quadratis, & columnis lapideis, quas ab antiquo Proserpinæ Templo, paululum à Vibone semoto abstulerat, indixit fabris sub præcepto, ut quos vel nomine, vel insigni aliquo Proserpinæ cernerent lapides, igne consumptos abolerent, ne tantum flagitium antiquarum immolationum apud Christianos memorarentur. Idemque de eo cernimus apud Tarentum, cum Apollinis Tymbrei Templum &c.*

E propter hoc opinari licet, basem illam ex lapide lydico (cujus attritu aurum proditur cujusmodi sit) cum inscriptione, esse Miletum in foribus Episcopalis ædis infimo loco sitam, transeuntium pedibus conculcatam, ut & primi versus literæ, dempto, N, absumptæ sunt. Et quamvis Rogerius, qui eam ibi locavit ad idolatriæ contemptum id fecerit; tamen hujusmodi rerum antiquarum,

& no-

& notatu dignarum memoria magno esset studio conservanda. Nam si idolatræ, vanæ, & falsæ religionis cultores tanto studio Idolorum suorum signa, Tempia, arasque decorabant, quid nobis est faciendum? Inscriptio autem hujus basis hæc est.

N.

L. Vid. vir. DL

Q. Cincius C.

Aul. III. viri D.

Signum Proserpinæ

reficiendum, sta-

tuendumque,

Arasque reficiendas

ex S. C. curarunt.

H-S DCCLXXX . M. XC. fuere.

Helvia Q. F. Erbia

M. Filia.

Vide explicationem apud *Patrem Cropani in sua Calabria illustr. lib. 3. pag. 304.* ibique hanc epigraphem sic extendit.

Lepidius Vidius vir. 500.

Quintus Cincius 100.

Aulus 4. Viri 500.

Signum Proserpinæ

reficiendum, sta-

tuendumque,

Arasque reficiendas

ex Senatu Consulto curarunt

sextertios septingentum octuaginta

mille, & nonaginta

fuere.

Helvia Quinti Fabii Erbia

Municipii Filia.

Quamobrem Monteleonenses basem illam alibi locandam curare deberent, ne tantæ rei memoria prorsus aboleretur, non Proserpinæ, sed antiquitatis gratia.

In magna Templi arca amphiteatrum grande marmoreis ni-
xum columnis tercentum . Templi pavementum marmoreum, mul-

multasque illic antiquæ Hipponensium inscriptiones, quas, ut diximus, Rogerius combussit, destruxitque. Altare summum duodecim columnis porphyreticis marmoreis sustinebatur, ad quod Proserpinæ statua ostendebatur, quam sustinebant sex columnæ ex alabastro diaphano factæ. Deindè addiderunt Hipponenses statuas sex, scilicet Ermippi, seu Jovis; Calais, seu Cereris, vel Cybelis; Herculis, Apollinis, Minervæ, & Dianæ Hipponensium ex candidissimo marmore factas. Resplendebat igitur non solum intus, forisque crustis marmoreis intectum, verum artificiosarum ex marmore pario statuarum incredibili multitudine circumquaque foris perornatum, ut integros dies spectatorum oculos, artium, ac fabularum varietate detinere poterat.

Unus erat in ipso Templo thesaurus, sed immensus, in quo videbas rara donaria, præter innumerabiles pecunias, Hipponensium, ac cæterorum Græcorum, Locrensiùm præcipuè, vasa ex auro, & argento, ac vestes gemmis, margaritisque præciosissimis expolitas; itemque ipsorum Deorum, Dearumque, seu potius hominum corpora in perornatis, ac inæstimabilibus conditoriis positæ. Victis denique à Saracenis Hipponensibus, Templo, Urbeque everfa, indè que per totam Italiam, necnon diversas Europæ partes ejus monumenta translata fuerunt; & postremò illæ columnarum reliquæ, quæ apud Miletum illa maxima efformarunt, ornaruntque opificia. Episcopale scilicet Templum, in cujus limine teritur ille lapis lydius, cum inscriptione supraposita, olim in ara Templi Proserpinæ sacer, ut diximus. Templum hoc adhuc extat iisdem columnis, sed conscissis, quod terræmotu anno 1659. obtritum Illustrissimus Episcopus Panzanus restauravit, reædificavitque. Et Abbatæ Phanum, quod adamsim describendum est, ex hoc enim potissimum Templi Proserpinæ majestatem colliges.

In Abbatia igitur idem Rogerius Comes anno 1063. augmentum Templum à fundamentis, lapide secto, & quadrato extruxit. Templo Monasterium à se pariter fabricatum adjunxit; quod fuisse amplum ex lapide secto, & quadrato cum atriiis, & claustro marmoreis columnis ornato, ambulacris, tricliniis, & cubiculis usui monastico adaptatis, indicant, quæ supersunt ruinae. Templi verò in occidentem spectans, & in modum crucis efformatum totum lapide expolito longitudine palmorum 288.; majori latitudine in superiori parte palmorum 132.; in minori palmorum 90. Templi corpus ex pluribus marmoreis, & miræ magnitudinis constabat columnis, quas omnes ex antiquo Proserpinæ Templo, pro-

pe Bibonem extracto, ut diximus, aduehi iussit; quarum utrinque sensæ totidem pergrandes sustinebant arcus. Huic corpori latitudine palmorum 40. duæ velut alæ hinc, atque hinc erant adjunctæ palmorum 24. Impositus in superiori parte miræ architecturæ, & altitudinis tholus, quem quatuor ingentes pilæ sustentabant, quibus affixæ è vario, & nobili, & præcioso marmore columnæ; ita ut una ex ipsis, non multis ab hinc annis, à quodam Eminentissimo Cardinali 900. nummos aureos (& tamen pretium fuit vile) Romanæ monetæ empta sit, & Romæ suis expensis aduehi iusserit. Materia hujus columnæ vulgò dicitur, *Verde antio*. Hinc aduertendum, omnes hujus magnifici Templi columnas dispares fuisse, ex quarum multitudine, & æqualium carentia etiam argui potest illa innumerabilis Proserpinæ Templi columnarum copia.

Ara maxima tota ex candido marmore, & marmoreo tabernaculo nobilis quam Angeli auro liti ornabant; cum his carminibus.

Hoc condidit jussit jam jam Vincentius Abbas

Palmerius palma Parthenopæus honor.

Milleque quingentis quadraginta tenebat & annis

Virginis à partu sol sua signa ferens.

Poplitibus flexis ipsum mortalis adores,

Totius hęc mundi nempe Redemptor adest.

Duæ extabant depictæ tabulæ, altera in parte dextera aræ, altera in sinistra. In una Sanctissimæ Trinitatis mysterium exprimebatur: In altera Comes Rogerius cum uxore, & tribus filiis, flexis genibus ante aram videbatur adorans. Infra Aram maximam utraque ex parte erant subsellia mira arte sculpta, quæ pro Choro Monachis erant. Supra subsellia nobile ad psallendum organum.

In superiori Templi parte plurima erant erecta, & disposita altaria, Imaginesque in pariete depictæ, quibus adjuncta ecclesiastica beneficia pietatè civium Miletensium, & exterorum. Turris, in qua erant repositæ nolæ, altitudinè penè tholum æquabat. In hac quinque detinebantur, quarum maxima ter mille, & septingentas libras pendebat. Templi, non lapideo fornice, sed tabulis arte mira connexis, pictura ornatis, testum erat. Hoc Templum, quod per sex ferè sæcula pluribus obstiterat, terræ concussionibus, solo fuit æquatum noctæ diei quintæ mensis Novembris anno 1659. ut diximus de Episcopali Phano.

Ex ruderibus antiqui, & diruti Templi novum extractum est, longitudine, & altitudine minori, forma tamen non ineleganti. Hujus longitudo est palmorum 120. Latitudo eadem antiqui
Tem-

Templi; nam iisdem, qui supersunt, parietibus concluditur. Hoc novum Templum ceptum anno 1660. absolutum est a nno 1698.

Ex his igitur Milusensibus monumentis, candid e lector, argumentari poteris quam magnificentissimum erat Proserpinæ Phanum. Id ipsum ex expensis ad Proserpinæ signum reficiendum, arasque reficiendas factis, evidenter cognosces. Tradit enim *Barrius de situ, & antiquitate Calabriae lib. 2. pag. 146. Hujus Proserpinæ signum, Arasque Romani Religionis cultores, Hipponio ab eis deducta Colonia, reficientes, septingentam octuaginta mille, & novaginta sextertios expendere; hoc est usualis nostræ monetæ nummorum auroorum scutatorum decem & octo millia ducenta quinquaginta duo cum quatrante. Nam mille sextertii masculino genere, & sextertium neutro genere idem sunt; valetque aureos nummos viginti quinque.* Vide Thesaurum Ciceronianum.

In hoc Proserpinæ Templo Orestes, Agamemnonis, & Clytemnestræ filius, sic appellatus ob agrestem, & quasi montanam naturam, didicit modum deponendi furorem; quem furiis agitatus acquisivit, ex eo quia, Ægistum (qui patrem Agamemnonem interfecerat, matremque construpaverat) cum ipsa matre occidit, ut tradit *Sophocles in Electra, & Euripides in Oreste*. Deinde Pyrrhum quoque in Apollinis Templo interfecit, quod Hermentionem, Menelai filiam, sibi prius desponsatam, rapuisset. Propter quæ igitur scelera, agitatus furiis, in templo Dianæ Tauricæ ingreditur, sacrificium offert, & ipsa Dea suggerente, Hipponium profectus est, ubi in Templo Proserpinæ didicit, secundum *Proclum in epist. de oracul.*, relatum à *Marafoti in princ. hujus cap. cit.* deponendum furorem, si post ablutionem, Rhegii Dianæ Falselidis simulacrum erigeret, quod opere complevit. *Vid. lib. 3. cap. ult. in princ.* Es se abluit Orestes in Metauro flumine, sic vocato à *Strabone*, propè Taurianam civitatem, nunc Seminariam. *Probus in bucolica Virgilii*, sic inquit: *Orestes post parricidium furens, responso didicit, quod deponeret furorem, ita demum recuperata sorore Iphigenia ablaeretur flavio, qui septem fluminibus confunderetur; diù vexatus, cum in Taurica Iphigeniam reperisset, venit ad fines Reginorum, illique invento flumine elutus est.* Metaurum amnem, hodiè *Petrace*, originem habere à septem fluminibus, incipiendo à *S. Annæ flumine*, usque ad amnem *Razzà*, propè Jatrinosim, palam est. *Cato lib. 3. de originibus*, ipsum Metaurum amnem vocat *Paccolinum*, dicens: *In eorum agrum fluvii sunt sex, septimus finis Reginorum; atque Taurianam disspescens, flavio nomen Paccolino.*

colino. Nomina septem istorum fluminum traduntur à *Varrone* lib. 10. *rerum humanarum*, dicente: *Juxta Rbergium fluvii sunt continui septem, Lapadon, Micodes, Eugion, Straceros, Polme, Melcissa, Argeades; in his à matris nece dicitur purgatus Orestes.*

Hæc est, amice Lector, majestas, & locus Templi Proserpinæ, hæc ejus Patria. Cæterum sunt, & alii quidam, qui indignantur, ac permolestè ferunt Proserpinam Calabram fuisse, & ipsam, ut alios Calabros multos (*vid. lib. 3. cap. ult. de Vir. Illust. temp. gentilit. vers. fin.*) aliis regionibus falsò, ac malignè afferunt. Proindè ac si Calabria regio in Italia vilis sit, & abjecta, & non ea, quæ hujusmodi homines ædere possit. Cum Calabria, ut ostendi (fremant, ac dirumpantur invidi omnes, licet, ubi eorum perversitas id me scribere adegit, dicam id quod res est) omnium Italiae regionum; Latio tantum ob Romæ Majestatem excepto, & habitationis, & Christianæ religionis vetustate, ac populorum claritate, utpotè à pronepote Noe, & à claris Græciæ populis, Oenotriis, & Atheniensibus, postremo à Romanis, cæterisque latinis habitata: Nam ex triginta in Italia Colonis, novem in Calabria sunt, quot in nulla alia Italiae regione; multis Oppidis municipale jus datum; sola primò Auxonia, Hesperia, Oenotria, & Italia dicta; & in omni scientiarum genere, ac rerum omnium, tum quæ natura spontè gignuntur, tum quæ industria fiunt, copia, ac varietate est nobilissima. Quæ enim Italiae regio, Latio excepto, tot claros doctrina; & robore præstantes viros protulit, quot Calabria? qui & multarum rerum fuere inventores. Proindè apponant obscuro digittum ori, & obmutescant maligni obtrectatores, & desinant de cætero aliorum laudi, ac gloriæ, ac virtuti invidere, ac detrahere.

C A P. X.

De Portu, & Fontibus.

JAm diximus hanc Urbem fuisse portu inclytam, quem post Templi Proserpinæ fabricam ad ejus defensionem, ornatumque Hipponenses ædificaverunt. Desinet hic peregrinum spectatorem non immeritò tantæ molis consideratio. Nam exeuntibus ad mare, apparent tanquam colles aliqui Gigantes veteris portus opera,

ra, parietes nimirum vastissimi è mari exurgentes, fornicibus densissimis connexi, pontis in formam quondam omnesque fuerunt. Nunc verò procellis, atque vetustate tam stupenda soliditas divulsa est, & concamerationes collapsæ aliquibus in locis parietes ab invicem separarunt. Univerfum opus lateritium est; testudinesque spissas, ac fornicatas è lateribus coctis in quadrum bipedalis latitudinis habet, quarum aliquas, citius credere est terremotum, quam fluctuum vehementes impetus dissolvisse. Latissimi pontis forma procurrisse constat in mare, & circumflectendo se nonnihil parvi arcus in modum, litus respexisse, atque ita defendisse portum adversus tempestatem, & æstus aperti maris; cujus impetum spissitudo pilarum facilè coercebat. Fornicibus idcirco concavum, ut pervium opus antiquitas fecisse videtur, ut fluxu, atque refluxu continuo limum expurgarent undæ marinæ, quem traynites fluvius, rivi, & aquæ pluviales è continenti, & vicinis collibus defluentes in portum ingerunt, qui alioquin congestus illius collibus defluentium paucorum intervallo profunditatem illius adimpleret, nisi per meatus undæ inter pilas ingruentes limum, ac terram è solido maris fundo discuterent, & everterent. Quod sane vitium in Neapolitano portu, Neptuniaco, & in multis aliis, aggere continuo septis, nunc primum agnoscitur.

Talis statio, secundum *Capialbum*, (prætermissa aliorum opinione) à Majoribus nuncupabatur portus Herculis Hipponiaci, ab eo in suæ sororis memoriam, scilicet Proserpinæ, crebrò repetitus. Nunc portus Vibone, aut Divi Nicolai dicitur, denominationem sumens à quodam ejusdem Sancti Antisthetis Delubro, olim propè ipsum ædificato, nunc penè diruto. Propè Tropeam Civitatem fuit alius portus Herculis, ab eo factus, post sororis raptum, cujus meminit *Barrius lib. 2. pag. 150.* dicens: *In mari portus est Hercules, formiculas vocant accola; quasi Hercules formas, est enim haud procul à Vaticano promontorio.* Meminit etiam *Plinius*. Itemque *Strabo*, qui ubi de Hipponio factus est, ait: *Cam ad Hercules portum navigas extrema Italia circumflectis, qua ad fretum-jacentia, in occasum spectant: In quo navigationis tractu Locrorum Civitas Medema est.* Hodiè, Nicotera.

Denique talis Vibonæ molis, seu statio, tanto elaborata sumptu, postquam *Vrbs* fuit diruta, jussu Pontificis eodem quo *Bajanus* portus tempore, demolita penitus est usque ad aquæ summitatem, ne fida pyratris retineretur statio, cujus ruinæ vestigia hodierna die ab omnibus, non absque ingenti dolore, & lacrymis videntur.

tur. Igitur ante Bajani portus destructionem molem istam stetisse haud dubiè colligimus, atque etiam silice stratam, plateisque marmoreis ab utroque latere septam fuisse putamus. Itaque Hipponensibus, quando sudum erat, moles ista tanquam in hypæthrio perjucundæ deambulationis commoditatem præbebat. In cujus ingressu stetisse sublimem arcum marmoreum Neptuno ab Hipponensibus erectum haud dubium est: cujus statuæ fragmentum, marmoreum, non multis ab hinc annis, exemitè mari D. Dominicus Marzano antiquitatis studiosissimus.

E mari venienti, Pitium (novum ædificium, à piscatoribus quibusdam initium sumens) è sinistra parte incontinenter sese proximum portui cernendum offert: A dextera verò turricula Sancti Nicolai, à qua incipit Vibonæ portus, ibique arcus erat immensæ altitudinis, viam præbens navigiis portum ingredientibus, Proserpinæ dicatus. Hic populi Hipponensis majestatem ostendebat. Cælatæ erant in circuitu res gestæ Proserpinæ, & Erminipi. Tantæ vastitatis erat arcus, ut opus videretur, non ab hominibus, sed a gigantibus perfectum. Et deinceps sub Briatici Civitate (antiquitatis Hipponensium Castrum) alia turricula, quæ *Rocchetta* dicitur, in qua secundum *Barriam de sit. Calab.* sunt Præca, & Bracus parvæ insulæ, vocatæ à *Plinio* Ichaceusæ, ab *Vlisis* custodia.

Locus autem in medio constitutus Vibonis nomen retinet, scilicet portus Vibonis; ibique Castrum quoddam Vibonæ dictum à Civitate vicina, *vid. lib. 2. cap. 1. vers. med.* nunc penè dirutum, cujus origo hæc est. Mortuo Apicio Comite, qui gubernanda Montileoni succederet Marchio Buchanicorum Vrsinæ familiam mittitur, cui perspicendi quoque, ac muniendi totius Calabriae arces cura commissa fuerat à Rege, pro illo tempore Neapoli regnante. Is cum Vibonensem sinum, atque in eo stationem aliquantulum tutam, ac pro accipiendis pyratis valdè aptam, (scilicet residuum Vibonæ portus) sed non arce aliqua, vel saltem turri munitam, arcem non longè à statione distantem à fundamentis erigendam curavit. Cujus fabricæ munus Xanto Nopoli, nostro civi, optimi nominis viro, atque primario imposuit. Hic maximo studio, & cura ad opus sibi commissum incumbens, brevi tempore arcem ad perfectionem perduxit, ea forma, quæ hisce temporibus erecta, sed penè demolita cernitur. Juxta quam multæ domus, quarum vestigia hodiè apparent, ad accipiendas, extrahendasque mercaturas deinde structæ fuere. Qua de re locus tutior effectus, occasionem navigiis præbuit, eo se conferendi, mercelque deponen-

nendi, ibique alias accipiendi res. Quæ defumuntur ex auctoritate libri cornucopiæ nuncupati, ut est videre apud eum, refertur etiam à *Capialbo cap. 5. pag. 22. vers. fin.* Ingreditur ad eum portum, ut supra diximus, flumen à recentioribus Traynites, à majoribus verò Parvum metaurum appellatum fuisse legitur, & tradit *Capialbus cit.* Postea anno circiter 1645. (arena, à mari circa littus ejecta, impediente) flumen hoc retrocessit, & maximum propè Castrum lacum effecit, qui crassum agebat aerem: Hinc omnes ibi habitantes occidunt; necnon & milites Hispani, ad Castrum custodiam destinati, ipsum inhabitatum reliquerunt: Et hæc fuit causa Castrum destructionis. Officiales etiam, qui expeditiones faciebant, habitantia ab Excellentissimo Prorege, ad Pitium se transtulerunt habitandum: Hinc, in antiqui juris memoriam, iidem Officiales scribunt in litteris, Datum, Vibone, & Pitio. Tandem lacus iste, post multos deinde annos, Excellentissimæ D. Hieronimæ Pignatelli tempore, expensis Civium exiccatus est.

In medio Hipponii Urbis fons perennis aquæ salubris, & uberrimus fluebat, & theatrum (ex cujus marmoreis reliquiis porta Ecclesiæ Discalciatorum S. Augustini constructa est) nobile, & pulcherrimum ex marmore structum conspiciebatur. Atque juxta illud, balneum miro artificio ædificatum; quod post multum tempus pro delicia piscationis Magno Camerario deserviebat, & vulgò *La pisciera del Gran Camerlingo*, denominabatur, *vid. hic cap. 8. in princ.* In balneum hoc per stagni meatus è fonte aqua ducebatur. Theatrum inventum est anno 1653. in viridario S. Francisci de Assisio, propè Cœnobium; & Capialbus ipsum vidit, ut in *sua hist. cap. 2. in fin. pag. 11.* fatetur. In hoc fonte Scrimbia fluebat, ut patet ex epitaphio: *Scrimbiarum aquam perenni latice rigantem Hipponium Sc.* Vide hic *cap. 8. vers. med.* Vide etiam *lib. 3. cap. 3. vers. fin.*

Est etiam Cusellus fons quidam, sic denominatus, in decliviori parte montis sub planitie, qui oppositus est meridiei. Erat hic fons intra Civitatis mœnia, quæ licet diuturnitate temporis lapsa sint, attamen ex eorum reliquiis, quæ ad præsens ibi conspiciuntur erectæ, præsertim ubi *Bastione* dicitur, benè dijudicari potest. Aquæ Silicis, vulgò *Sirica*; & Pyscò, vulgò *Ziusfrò*, nec non multæ aliæ, juxta Urbis parietes, intra suburbia tamen, non intra mœnia fluebant, ut quorundam idiotorum fama falsè decantat. Cæteros denique, & præcipuos fontes, vide in *lib. 3. cap. 3. vers. fin.*

De crudele Cybelis Hipponiacæ Templo.

CYbalem Hipponiacam eandem ac Cererem, seu Calais Proserpinæ matrem dicimus fuisse, *vid. cap. seq. & lib. 3. cap. ult. in princ.* Hæc Hipponium Urbem post sui Viri mortem regebat, cujus filia Proserpina per Hipponiacum littus cum se oblectaret, à Plutone, patruo suo, rapta est, *vid. hic cap. 9.* Cum rapta fuisset igitur Proserpina, ac Ceres ejus mater jejuna illam quæreret, ab Hippothoonte Neptuni, & Alopes Cercyonis filio, & à Maganira ejus uxore, quam alii Celei uxorem fuisse tradiderunt, in hospitium fuit accepta. Tunc Maganira illi, & mensam paravit, & vinum miscuit; at Dea merens recusavit, cum diceret sibi non fas esse bibere vinum in filiæ calamitate; at cinum è farina sibi parari jussit, quem bibit. Erat Jambe muliercula quædam Maganiræ ancilla, ut tradit *Philochorus*, Panos, & Echus filia, quæ, cum Deam mæstam videret, ridiculas narratiunculas, & sales Jambico metro, ad commovendam Deam ad risum, & ad sedandum dolorem interponebat: Quare genus id carminis, non ante observatum, Jambicum, ab illa dictum fuit, ut testatur *Nicanter in Alexipharmacis.*

Ipse mihi reple spumantia cymbia cinno,

Jejuna Cereris potu multa arte parato:

Quo Ceres os olim penes Hippothoonta rigavit,

Ludicris salibus cum lataretur Jambes.

Atqui Proserpinæ raptum, & labores Cereris ita paucis complexus est *Carcinus* Poeta tragicus, quos pertulit quærenda filia.

Fama est Cereris quondam Puellam, quam nefas

Est nominare, Ditis è sententia

Raptam fuisse, nigra terra que atria

Intrasse: regiam obsitam caligine.

Mater puellæ at acta desiderio

Erravit omnes queritans terræ locos:

Scatentis ignis Ætæ, & indè rapibus

Matris fuisse cognitos pro virgine

Lactas: ciborum hæc abstinens fuit diu,

Quare Deas gentes colunt has nunc quoque.

Cererem Saturni, & Opis filiam, sororemque Plutonis, & Jovis, & Junonis fuisse memoriæ prodidit, ita *Hesiod. in Theogonia.*

*Hinc Rhea progenuit Saturno pignora clara
Junonem, & Vestam, Cererem, quique imperat umbris
Platonem fratrem, subter is cui domus alta est.*

Hæc Dea cum pulcherrima esset, Jupiter captus fuit sororis desiderio, eamque compressit, ex quo nata est Proserpina, ut testatur in his idem.

*Ditis ille thorum Cereris conscendit, & inde
Edita formosa est Proserpina: quam sibi Pluto
Sarripuit de Matre.*

Fabulæ permultæ, & universa quæ ab antiquis de Cerere conficta sunt, nihil aliud continebant, nisi rationis rationem, & quo pacto frumenta crescerent, & qua diligentia in illis colligendis uti conveniret.

Multa fuerunt hujus Deæ cognomina (nam ipsa secundum *Proclam Calais* vocabatur) ob rerum variarum eventus, vel ob loca in quibus colebatur. Fuit Ceres à frugibus. Fuit Euchloa bene virens. Erinny, quia preces exaudiat, vel quia habitat in terris. Ercynna. Panachæa. Mycalefina. Lepreata. Acesidora. Legifera. Ovifera. Pelasgis. Prosymna. Thermesia. Præses. Terrestris. Sacrosancta. Ac tandem ab Hipponensibus, post ejus mortem, Cybeles, idest Deorum, Dearumque mater vocata fuit, eique crudele Templum ædificarunt, *Grotta di Papaglione*, nunc appellatum; quemadmodum *Proclus in Epit. de Orac.*, relatus à *Marsote lib. 2. cap. 19.*, testatur his verbis.

Adest in Italia ab Hippono non longè Cybelis Castrum, (sex mil. pass. distat) quod & Hipponenses Messen (hodiè Melianum, dicitur) à frumentorum messibus vocitandam statuerunt: Juxta quod, & ipsius Deæ phanum constructum apparet; Hipponensium opus, cujus mœnia parva, divitiæ pluriæ verò multæ. Pium in oblationibus frugum, lactis ovium, atque aerei mellis, veritatisque verborum Dea. Crudele tamen ædificium; eo quod sub Charonda, (qui fuerit Charondas iste, vide lib. 3. cap. ult. de Viris illust. gentilitatis tempore) superstitionibus conditum est; cujus arariam opphyte lapide, (à nobis lapis granitus dicitur) calce, sulphureque, humano delibuto cruore, tantum averfantium Hipponensium bo-

F

stiam;

stium; ut & hoc Hipponenses, aliorumque hominum genera illud introire expavescerent, atque à sacris pecuniis manus averterent. Undè & usque hodie intacta servantur. (quod & ego profero) Cui addidit & Charondas superstitionibus conditum signum (scilicet statuam, vel ut fama decantat hominem marmoreum equo sedentem) cunctis illuc introeuntibus iram minitans, quod & παλιότες, Paleontos, nuncupant, idest sub hoc leone omnia. Hujus Templi etiam meminit Marsilius Ficinus lib. de Sacrificiis Deorum, & Ægyptiorum observationibus.

Visunturque adhuc ejus reliquias, utpotè testudines, arcus, atque subterranei muri, camerones, cum statuarum loculis. Sed omnia nunc columnis, marmoreisque ornamentis suis, statuis, præter illam suprapositam, nudata sunt. Apparent item omnia fundamenta Templi, pariesque quidam orbicularis, qui quamvis terræmotibus nonnihil deformatus, saxisque multis spoliatus fit, apparet attamen ejus forma, & magnitudo circumquaque protensa. Interiores verò fabricæ, & subterraneæ, integræ penè, præter ornamenta, ut diximus; ibique per duplicem scalam lapideam descendi potest. In ærarium, utpotè undequaque fabricatum, à demonibusque custoditum, ingredi nemo potest, nisi magicis incantationibus; quibus aliqui usi sunt, non sine ipsorum, sociorumque detrimento, & terrore.

C A P. XII.

De antiquis Hipponensium sacrificiis, moribus, atque legibus.

UT exacta habeatur Hipponensium morum antiquorum cognitio, non erit absurdum si genera sacrificiorum Diis singulis, vel potius ipsorum contreraneis attributorum breviter explicavero, quippè cum multa sacrorum genera fuerint ab antiquis pro singulorum Deorum natura instituta, & victimæ variæ, & varia suffimentorum ratio, & non idem habitus sacrificantium. Neque enim omnibus molæ offerebantur, neque omnibus accendebantur lumina, neque sacra fiebant semper super sublimibus aris, neque semper per diem. Diversa denique pro varietate temporum,

& pro

& pro creditorum Deorum natura, sacrificia offerebantur.

Cum igitur sacra fiebant Superis, ac Jovi præcipuè, aræ in sublimibus locis extruebantur, ut inquit *Melantbes in lib. de sacrificiis*, hoc pacto: *Omnis autem mons, Jovis mons appellatur, quoniam mos fuit antiquorum, ut altissimo Deo existenti, in loco sublimi sacrificarent.*

Erat præterea consuetudo, ut Diis superis manè sacra fierent, sole oriente; sicuti vita defunctis, & inferis, occidente sole. Coronabantur autem in ipsis sacrificiis, & victimæ, & altaria, & homines sacrificantes. Vetustissimo enim in usu fuit apud Hipponenses, Proserpina docente, flores colligere, coronas texere, ipsasque capiti imponere, cum dies festos agebant. *Strabo lib. 6. Hinc Matronis usus invaluit* (loquitur de Hipponensibus) *ut collectis ex floribus coronas texant; cum per dies festos empty gestare festa, vitio illis datur.* Qui usus, federatis Locrensisibus cum Hipponensibus, ad illos se extendit; ita ut secundum *Aristossenum*, illorum Virgines coronis libenter, quam scortis utebantur,

Et quoniam aliæ arbores Diis aliis fuerunt consecratæ, idcirco Diis, variis sacrificaturi Sacerdotes, variis coronis ornabantur. In Cerealibus quercu coronabantur, ad perpetuam accepti ab illa Dea beneficii memoriam, ut tradit *Virg. lib. 1. Georg.* In sacrificiis Herculis, Populo coronabantur, ut testatur *idem lib. 8. Æneid.* In sacrificiis Apollinis lauro coronabantur, ut ait *Apoll. lib. 2. Argon.*

Neque verò victimæ quævis eligebantur in sacrificiis, sed quæ præstantiores essent, multo ante reservabantur. Quare cum è grege deligerentur, egregiæ victimæ dictæ sunt; at cum eximerentur ex armentis, quibus notæ inurerentur sacræ, eximix, Atque hanc diligentiam ita breviter attingit *Lucianus in dialogo de sacrificiis.* *Enim verò sacrificantes victimam coronant, multoque prius studio perquirunt num perfecta sit, ne quid inutile jugulent, atque ad aram deducant.*

Deindè vestes Sacerdotum puras, neque ulla macula inquinatas convenire putarunt, quod innuit *Virg. lib. 12. Æneid.* Aliis Diis etiam alterius coloris vestes magis erant idoneæ: Nam Diis inferis atræ vestes, cœlestibus purpureæ, ut ait *Menander in lib. de mysteriis*, conveniebant. Quibusdam vero albæ, ut sacrificiis Cereris, sicut testatur *Ovid. lib. 10. fast.* Item Diis aliis sceminæ victimæ tantum; aliis soli mares immolabantur, ut infra videbis.

Neque enim ad sacra accedere, cuiquam homini impuro licebat.

bat. Idcirco per novem dies, noctesque saltem oportebat ab omni libidine Sacerdotes, aut mulieres ædituas, aut initiaturas abstinere, ut est in his.

*Perque novem noctes Venerem, tactusque virorum,
In vetitis memorant.*

Sic & Cybelis Sacerdotes membrum genitale sibi quodam lapide abscindebant, ut casti viverent.

Erat etiam mos antiquorum, secundum *Anticlidem lib. 74. redditatum*, ut qui cædem hominum, vel aliorum animalium commisissent; perenni aqua manus abluerent. Hinc Proserpina misit Orestem, ut se lavaret in flumine Metauro, *vid. hic cap. 9. vers. fin.* Existimabant enim antiqui eandem esse animi, quam etiam corporis purgationem; ut cum quis in flumine manus, aut corpus abluisset post cædem, ille purus statim efficeretur in anima.

Erat præterea non parva diligentia in eligendis lignis, quæ convenirent singulis sacrorum generibus: quoniam non ex quibusvis lignis ignis accendebatur, sed ex lignis in legibus sacrificiorum nominatis: Hinc lignatores etiam vocati præerant sacrificiis, quibus id tantum curæ erat, ut legitima ligna pararent, & concinne igni imponerent. In Jovis sacrificiis ilicis ligna; in sacris Herculis albæ populi, cerri, aut æsculi, aut tórni, ut scriptum est ab *Ephoro lib. 2. & ab Epigene in Heroïna*. Tanta diligentia, & in purgationibus, & in omni sacrificiorum ratione uti oportebat. Summæ præterea observantiæ, & reverentiæ Deorum Templæ fuerunt apud majores. Nam si quis supplex ad aras Deorum confugisset, eum inde divellere per religionem non licebat.

Neque parva adhibebatur præterea diligentia in observandis victimis, ubi ad aras adductæ fuissent, an libenter astarent; nam si reluctarentur, removebantur ab aris, quia Diis minimè gratæ esse putabantur. Observabatur præterea ex institutis sacrificiorum, ut ternarius numerus in sacris usurparetur.

His itaque observatis tùm Sacerdotes preces incipiebant, ac paucis præmissis vinum inter cornua victimarum effundebant. Deindè paucis interjectis precibus farina ordei, cum sale permixta, primum in tergum victimæ spargebatur, quæ ista de causa tenui aqua, tanquam levi imbre, fuerat à Ministro perfusa. Ubi igitur ita conspersæ victimæ aliquandiu stetissent, dum preces à Sacerdotibus, sacrorumque Præfectis agerentur, cultri ad eas jugulandas, aut secures parabantur, & hydria aqua plena, ad lavandas manus ministrorum. Nec longo sane intervallo, peractis quibusdam

dam precationibus victimas securi percutiebant. Ubi igitur purgata, & dissecta fuissent victimæ; antequam illarum membra incensis altaribus imponerentur, thus in flammam injiciebatur, & in illud vinum è pateris in flammam in Deorum honorem. Postquam hæc egissent, elegissentque partes victimæ, quas Diis offerrent, reliquias in convivia, quæ per omnes solemnitates in honorem Deorum fiebant, reservabant. At illæ partes, quæ electæ forent sacrificiis, ut ignem facilius admitterent, molis conspergebantur. Cum ignis postea exarsisset, ut etiam magis extolleretur, super hæc vinum effundebant, sicut ait *Homerus* 1. *Iliad.*

Erant etiam cantilenæ in sacris, scilicet commemorationes eorum beneficiorum, quæ Dii ipsi in homines benignè contulerant. Quippe cum non solum inter sacrificia, sed etiam in conviviis, & in omnibus solemnitatibus antiquorum essent sermones de rebus ab illis Diis gestis.

Laudes autem Deorum, & hymni, dum uterentur victimarum partes aræ impositæ, circa ipsam aram canebantur; ac cum, ustæ fuissent illæ, & quæ reservatæ erant in convivium coctæ, his vescebantur. Deinde post convivium, antequam discederent, gratias Diis agentes, quod eos in convivium accepissent, ultimam sacrificiorum partem linguas victimarum in sacros ignes conjiciebant, & vini parum super illas, ut testatur *Homerus* lib. 3. *Iliad.* *Inijciunt igni linguas.* Atque post exustas linguas gratias Diis agentes, unusquisque læti ex illis sacrificiis domum discedebant.

Fuerunt præterea multi divinandi modi. Divinabant inspicientes ignem, vel aquam, vel terram, & visis ostentis, aut prodigiis, portentis, monstris, somniis, aliisque hujusmodi signis. Divinabant etiam Vates, unde *Iophon Gnosius* oracula Vatum multarum carminibus complexus est. Qui consulendi causa ad Templum accedebant, omnes prius lustrabantur, deinde arietes immolabant, quorum substratis pellibus dormientes nocturna visa expectabant, de quibus fit mentio à *Paus.* in *Atticis rebus*, & à *Virg.* lib. 7. his.

*Hinc Itala gentes, omnisque Oenotria tellus
In dubiis responsa petant, huc dona Sacerdos
Contulit, & casarum ovium sub nocte silenti
Pellibus incubuit stratis, somnosque petivit.
Multa modis simulacra videt volitantia miris.
Et varias audit voces, fruiturque Deorum
Colloquio.*

Hæc ubi contingissent, opus esse Deos placare per sacrificia credi-

derunt, aut eorum voluntatem inquirere.

Iovi igitur mactabatur bos arator aliquando; ut patet ex *Orat. Demosthenis in Midiam*. Aliquando porcus, *Tboer. in parva Herc.*

Atque marem mactare Iovi decet è grege porcum.

Lucianus in Didlogo Ganymedis ait, arietem Iovi etiam immolari solitum.

Proserpinæ mos erat modo canes, modo nigras, & steriles victimas immolari, quare ita scripsit *Virg. lib. 6. Æneid.*

... *Sterilemque tibi Proserpina vaccam.*

Ideo ei sterilem mactabant, quia filios nunquam genuit. *Macrobius ex corn.* porcam dicit Proserpinæ jugulari. At *Maro* vaccæ mentionem facit, ut dixi. Cui astipulatur *Aurelius Prudentius contra Symachum*, his versibus.

*Rapta ad Tartarei thalamum Proserpina Regis,
Placatur vacca sterilis cervicæ resecta.*

Obtinuit etiam Proserpina propter multas matris lacrymas, & lamentationes, ut eiulatus, & capillorum lacerationes, & plagæ, quæ in funere familiarium, & carissimorum fierent, de quibus infra, in ejus honorem ederentur, tanquam quædam sacrificia, quod expressit *Euripides in Oreste*.

*Capiti que plaga, pulchra, subterranea,
Sortita quas olim Dea est Proserpina.*

Quæ cum mortuorum esset Regina, dicti sunt omnes ab *Horatio in primo carminum* à Proserpina excipi, in his.

*Mista senum, ac juvenum densantur funera; nullum
Sæva caput Proserpina fugit.*

Sacrificabant Cereri Hipponenses olitores præcipuè hoc nomine, die sexto mensis Aprilis, quia per illa sacra feracitatem hortorum impetrare se putabant. Huic Deæ coronas spiceas offerebant, quæ præ foribus Templi appendebantur, ut ait *Tibullus* in his,

*Flava Ceres tibi sit vestro de rure corona
Spicea, quæ Templi pendeat ante fores.*

Templum Cereris distabat ab Hipponio, ut dixi *cap.* statim citando, sicut & nunc à Monteleone quinque mill. pass. ipsumque Cybelis Templum dicebant Hipponenses, cui post ejus mortem Templum erexerunt, non longè ab ipsius Castro, ab ipsamet ædificato, quod Mesianum nunc vocant, *vide hęc cap. antecedenti*. Ubi pium in oblationibus frugum, lactis ovium, atque aerei mellis Templum ipsum adduximus. Erant

Erant etiam papavera Cereri sacra, ut quidam crediderunt, ob feracitatem seminum. Ut malunt alii, quia inter sata plerunque nascerentur, & eundem cultum ament. Alii, inter quos fuit *Dercylus*, quia somnum non posset percipere ob filiae molestiam, in quem fuit papaverum beneficio adjuta. Quam plantam, *Lucinae* etiam quidam attribuerunt.

Utebantur in Hipponio in sacrificiis Cereris, non floreis quidem coronis, neque in aliis ejus sacrificiis; quia ob memoriam raptae filiae colligentis flores, illi fuerunt vetiti: At myrtheis coronis, & è smilice, vel narcisso, vel croco utebantur, ut ait *Enarrator Sophocles*. Cum igitur Ceres, Proserpinam quærens, univertsum terrarum orbem (secundum fabulas) peragrando perlustrasset, facibus, seu tædis ex Etna (secundum fabulas) Siciliae monte accensis; ad huius incitationem Hipponiacæ mulieres, vel viri, nec non tota Græcia, & Sicilia, per noctem cum accensis facibus vociferantes, Proserpinamque vocantes discurrebant, quare tædiferos Antistites appellavit *Strabo lib. 10*. Et in nummis Hipponenses aliquando tædam accensam inter cætera signabant. Vide *lib. 2. cap. 3*. Dixi, secundum fabulas. Nam Ceres in rei veritate ostendit *Triptolemo Eleusino* omne genus agriculturæ, qui commentaria postea de cultu agrorum scripsit, quæ ad omnes mortales pervagata sunt. E qua res, fabula fuit conficta, quod *Triptolemus* orbem terrarum, agrorum cultum omnibus mortalibus ostendens, peragravit. Ob cujus beneficii memoriam Eleusini, Cereri solemnia facta instituerunt, quæ *Thesmophoria* appellantur. Hujus Urbis meminit *Strabo lib. 8*. his verbis. *Eleusa Civitas est in Attica (quæ non longè ab Athenis est) ubi Eleusina Cereris Templam extat, & Phœnum mysticum, quod Ictinus extruxit, turba theatralis capacissimum.*

Fiebant etiam privata huic Dæe sacrificia, cui post messem primitias frugum pro frumenti proventu offerebant, & convivia celebrabant inter conjunctos, ut testatur *Theocritus* his carminibus in *Cerealibus*.

*Namque viri Cereri celebrant convivia lata,
Primitiasque ferunt, quoniam plena area frugum
Fragifera messes siccavit munere Diva.*

Agebantur & ambarvalia à singulis agricolis, quæ lustrationes, purgationesque arborum esse putabantur, & plurimum ad fertilitatem conferre. Per ea unusquisque paterfamilias hostiam deligebat in Cereris sacrificia, quam terna corona circa collum.

posita ornat, eamque ter circa lata ducebat, quam universa familia ternis ramis coronati, Cererisque laudes canentes cum tripudiis comitabantur; idque fiebat ineunte Vere. Deindè post has lustrationes, mulsum, & lac offerebatur, cum alioquin vinum solum interesse Cereris sacrificiis jure sacrificiorum minimè posset, ut diximus supra. Hunc sacrificiorum ritum universum propè monstravit *Virg. lib. 1. Georg. in his.*

*Cuncta tibi Cererem pubes agrestis adoret.
Cui tu lacte favos, & mihi dilue Baccho,
Terque novas circum sælix eat hostia fruges,
Omnis quam chorus, & socii comitentur ovantes,
Et Cererem clamore vocant in tecta: neque ante
Falcem maturis quisquam supponat aristis,
Quam Cereri torta redimitus tempora quercu
Det motus incompressos, & carmina dicat.*

Satæ fuerunt, & creverunt primæ fruges apud parvum Metaurum, deindè Traynitem dictum, de quo supra hic *cap. 10. vers. fin.* qui per agrum Hipponii maritimum deferebatur, atque ibidem locus usque nunc ostenditur, ubi Pluto Proserpinam rapuit, vide supra *cap. 9.* Deindè apud Cereris Castrum diffusæ, Mesianum à messibus Hipponenses ipsum Castrum vocitandum statuerunt, ut fuis diximus capite antecedenti.

Hipponenses agnum Herculi offerebant in sacrificiis. Omnino verò agnus utilis erat victima Herculis sacrificiis, cum lupos à stabulis depellere putaretur, ut testatur *Antipater*, his carminibus.

*Sed non Alcides: Aries, vel poscitur agnus.
Omnino pinguis victima grata Deo est.*

Erat autem vetitum sæminis jure sacrificiorum, ne vel per Herculem jurarent, vel Templum ingrederentur, vel sacrificiis interessent; quod antiquitus in Hipponio præcipuè servatum est. Quia sitienti Herculi, cum boves Geryonis per Italiam (idest Calabriam, ut dicit *Barrius lib. 1.*) duceret, respondit mulier se aquam dare non posse, quia sæminarum celebraretur dies, neque ex eo appa-rata fas esse viris gustare. Qui sacrorum ritus servabatur in Italia, idest Calabria, ex eodem *Barrio*, præcipuè in Hipponio, ut dixi. Erat autem illa sacrorum consuetudo, ut inter sacrificandum, Deorum laudes, & res ab his Diis humano generi utiliter inventæ, vel præclare gestæ narrarentur, ut supra diximus.

Memoriæ proditum est ab *Ibyco* calida lavaera inventum.

fuit

fuisse Herculis, quibus ille diuturno labore defessus plurimum uteretur, quæ sibi à Uulcano fuerint indicata. At alii, inter quos *Pissander*, ea Minervæ munera Herculi data dixerunt. Et usque nunc tempora intra Hipponii mœnia quidam locus non longè ab Ecclesia D. Leonislucæ (de quo *lib. 3. cap. ult.*) vulgè *Li bagni d' Hercole* dicitur. *Vide lib. 3. cap. ult. vers. fin.* His balneis, & illis dulcium, frigidarumque aquarum, de quibus supra *cap. 10.*, deinde Hipponenses utebantur.

Apollini lupus sacer ab Hipponensibus existimabatur, quia cum infestum sit animal gregibus, & armentis, Apollinis tamen armento pepercerit. Ast ego crediderim, ut inimicum animal, martari solitum armentorum Deo, eadem causa, qua sus Cereri, & caper Baccho immolantur.

Et quoniam musica fuit Apollinis inventum, illi consecratas etiam cicadas, canorum omnino animalis genus existimarunt, & fidulam piscem. Hic Deus patruus, & Civitatis defensor creditus fuit ab antiquis Hipponensibus, ad cuius Dei memoriam mos fuit priscis Hipponensibus comam nutrire, & aureas cicadas capillis adnexas gestare, ut his testatur *Thucydides*: *Atque qui inter illos divitiis præstiterunt, nec longum intercedit temporis spatium, ex quo lineas tunicas gestare cessarunt, & aurearum cicadarum corymbos è capillis capitum dependentes.* Quod & Athenienses imitati sunt. Undè dictus est Apollo à Delphicis; quia cum prius Neptunus Delphis coleretur, at Apollo in Calabria, loca mutarunt invicem, ut tradit *Natalis Com.* Sic enim illum vocavit *Lycophron* locum Dei mutantis.

Memoriæ proditum est à *Musæo lib. 3.* jüniperum spinosam arborem Apollini etiam consecratam fuisse. Cui laurus præterea dicata putabatur; quia naturæ ipsius Apollinis convenit, cum arbor sit natura calida, cuius folia, & fructus siccant, & calefaciunt vehementer, ut ait *Ætius in lib. 1.* atque magis etiam ipse fructus. Hujus arboris, coronæ Apollinis Templo, seu aræ in Hipponio appendebantur (jam supra *cap. 9.* Apollinis statuam in Proserpinæ Templo positam etiam fuisse diximus) & Vates coronabantur.

Erat antiquissimus mos in Hipponio, ut pulchrior ex omnibus hymnis, qui offerentur, in honorem Apollinis caneretur. Postea verò cantus ad citharam fuit institutus, & aulædorum, atque tibicinum certamina; & præmia ab Amphictionibus de medio sublati, & coronarium dumtaxat fuit propositum; & quadrigis exceptis, omnia, quæ in Olympicis aderant Athletarum studia, in

hæc recepta certamina . Deindè paulò post repudiata fuit ars au-
lædorum, & ex his ludis exclusa, quia injucundum quiddam , &
triste per se ferrent, cum elegiæ, funebrelque lamentationes his ti-
biis convenirent. Mox additus est equorum cursus, & armatorum
deindè, mox bigæ introductæ; atque variis temporibus, & pullo-
rum binorum in jugum cursus; & singulorum instituti. Quorum
nonnullorum mentionem. *Ovid. lib. 1. metam.*

*Huic juvenum quicumque manu, pedibusque rotave
Vicerat, æscula capiebat frondis honorem,
Non dum laurus erat.*

Erat enim antiqua consuetudo, ut victores palma coronaren-
tur; Hinc in aliquibus Hipponensium nummis, (*ut lib. 2. cap. 3. vi-*
debis) ex postico, Victoria palmæ coronam dextera tenet . Mox,
coronis mutatis, mansit tamen consuetudo, ut omnes victores
ubique essent, palmam manibus gestarent, ut ait *Pausan. in*
Arcadicis. At corona laurea propriissima fuit Hipponensium præ-
miorum; idque, tum ob perpetuum vigorem; tum quia arbor ipsi
Ermippo, idest Jovi, & Apollini sit dicata; undè in Hipponensium
nummis etiam Ermippi, seu Jovis, & Apollinis capita lauro coro-
nata videntur;

Celebrabantur in Hipponio Lampadophoria in honorem,
Deæ Minervæ, (Proserpinæ sororis) quæ ab Hipponio Hippoletis
dicebatur. Huic taurus candidus aliquando, aut indomita juvenca
immolari consuevit ab antiquis, ut testatur *Ovidius lib. 4. Meta-*
morphoseon.

*Diis tribus, ille focis totidem de cespite ponit,
Lævum Mercurio, dextram tibi bellica Virgo
Ara Jovis media est; mactatur vacca Minerva,
Alipedi vitulus, taurus tibi summe Deorum.*

Huic Deæ noctuam sacram avem esse voluerunt Hipponen-
ses, & in aliquibus nummis ex una facie Minerva, ex altera verò
noctua videtur (*vide lib. 2. cap. 3.*) & in Civitatis insignibus (*vide*
lib. 3. cap. 1.) quia ubique videat sapientia, & illa etiam dijudicet,
quæ cæteris obscura videantur; cui gratus est Draco eadem de-
causa; At cornix ob garrulitatem adversatur. Noctua etiam apud
Hipponenses victoriæ signum erat, unde proverbium, *Noctua vo-*
lat. Significabat etiam divitias, dum eam in nummis imprimebant,
ut dixi.

Diana apud Hipponenses mos erat boves immolare. Alii di-
cunt omnium quæ nascerentur è terra, primitias huic Deæ offer-
ri

si solitas, ut apparet ex his versibus *Euripidis*.

*Ego quod annus optimus produxeris,
Vovimus immolare Lucifera coram Dea.*

Fuit consuetudo, ut candida cerva Dianæ mactaretur; quæ sibi grata victima credita est, quod eam pro Iphigenia substituerit.

Erga mortuos sacrificia, & ritus etiam instituerunt Hippo- nenses. Cum aliquis igitur propinquus mortuus fuisset, mos fuit antiquorum, ut capillos deciderent; & lugerent in ejus honorem, qui mortuus esset. Hos verò capillos, qui cædebantur, mos fuit tanquam inferias mortuis consecrare, & cum lacrymis in tumultum extremum donum conijcere; & per triduum mortuos lugebant. Mos iste etiam nunc servatur, sed alio fine.

Vbi præstantiores viri essent mortui, & opulentiores, illis pyra struebatur insignis, & cadaver ad pyram offerebatur; quo pyra impositò, ignis à propinquiore subijciebatur, in quam pyram ultima dona omnes amici congerebant, vel ad odorem, vel ad gustum pertinentia, vel ut pyra facilius concremaretur.

Deindè cineres, & quod reliquum erat ossium colligebatur, vinoque rigabatur, ut cum suavi odore extingueretur, & in vasà, modo aurea, modo argentea, modo ærea includebatur. Hinc facile venio in eam opinionem, ut credam aliquas fuisse lapideas ar- cas, in quibus inclusa cadavera urerentur. ■

Sin exequiæ fierent pro his, qui mortui fuissent absentes, erigebantur illis tumuli, atque his vinum, & sanguinem victima- rum ad radices tumuli offerebant, & aliquando lac cum sanguine. Ornabantur autem tumuli, qui pro absentibus defunctis erigeban- tur, cupresso, quæ arbor funebris est; Vtebantur & vittis nigris, aut cæruleis mulieres, quæ adesse his exequiis non solebant, nisi solutis capillis; Cujusmodi exequiæ ille sunt apud *Virg. lib. 3. Æneid.* Hæc fieri consueverunt pro absentibus, quæ omnia facile possunt à poetarum scriptis à quovis cognosci. Erat etiam con- suetudo, ut foras illarum domorum, in quibus aliquis mortuus esset, cyparisso ornarentur, ne quis nescius ingrediens pollueretur, quæ arbor judicata fuit funebris, quia semel cæsa non amplius re- pullulet. At cineres eorum, qui isti fuissent, domi sepeliebantur, ut testatur *Sophocles in Oedipode tyranno*. Et etiam experientia, nam talia vasa mortuorum cineribus plena, sæpè sapius in nostra Civi- tate inveniuntur.

Casos in bello in hunc modum sepeliebant. Facto ante tri- duum tabernaculo, mortuorum ossa proponebantur, & suorum

quisque reliquiis, si quid habeat, imponebat; cum efferebantur, singularum trium singula tribus suæ quæque tribus ossa continentia vehicula extabant. Vnus item thorus inanis ferebatur constructus, eorum, qui non extabant, qui inter cælos non fuere reperti. Efferebant autem permiscuè voluntarii quique, vel cives, vel hospites, sœminis propinquitate conjunctis ad sepulchrum ejulantibus; conducebant in publico monumento, ubi semper eos sepeliabant, qui in bello occiderunt. Postea verò quam eos humaverunt, aliquis ab ipsa Civitate delectus Vir super eos orationem habebat. Quo more per omne belli tempus legitimè utebantur. Si verò Duces militum in bello mortui fuissent, ad insigniorem aliquam pyram offerebantur, res etiam cariores in pyram unà mittebantur, vel animalia, quibus maximè delectarentur vivi. At de sacrificiis, ritibus, observationibus, victimis, mortuorumque exequiis satis.

Hæc sunt, amice Lector, Hipponensium sacrificia, & ritus; quorum origo ex illis est ritibus, quos à principio Sancti Patres Adam, Seth, Noe, & cæteri usurparant, ac piè, religiosèque coluerunt, conservarunt, non autoritate, arbitrio privato, sed jussu, mandatoque Dei. Sic post lapsum etiam residuæ de prima luce scintillæ, & paulo post subindè repetitæ, ac renovatæ notitiæ legis divinæ satis monebant, quæ postularet Deus, quæ ipsi displicerent; tamen cum novo modo, & aliter quam hominum generi se patefecisset, edita nova promissione, novum etiam ei, & singularum cultum adjunxit, nimirum certos ritus sacrificiorum certorum, quos retineri in sua Ecclesiâ, & reverenter coli, tractari, ac peragi vera fide, intuente promissionem his præfixam, idest fiducia venturi Messîæ, voluit.

Tandem verò, cum in populo Israhel, in quo à cæteris omnibus gentibus separato, Ecclesiam sibi collegerat, politiam etiam certis legibus constitueret, eo fine, ut constaret certò, quæ gens Messiam mundo paritura esset; certa mandata de sacrificiorum ritibus, legibus, & tempore dedit, eosque observari, & peragi ad præscriptum voluit accuratissimè; aded ut si intermissa ab aliquo, aut polluta, aut secus ac institutum erat perfecta essent, reus crimen subiret læsæ Majestatis Divinæ, & æterni judicii; sicque ii, qui præerant populo profanationes non vindicassent.

Tradidit, & commendavit initio illos ritus Deus ipse primis Patribus, quorum posteri aliqui, ut Noe, Sem, Abraham, Isaac, Jacob, &c. retinuerunt eos cum doctrina ipsa constanter, & sanctè. A diluvio igitur cum Noe, & filii ipsius instaurassent genus hu-

humanum, erudierunt id de his tantis rebus procul dubio accuratissimè. Multi ex familia Japheth, & cœterorum hanc à majoribus communicatam hæreditatem sanctam, & salutarem vicissim ea qua decuit religione, reverentia, fide, & pietate, ex se natis Nepotibus tradiderunt; ita ut continua sit serie propagata usque ad constitutionem politicæ Israheliticæ. Plurimi verò petulantia, & epiceureo contemptu, aut negligentia, quod levius efficerentur tantis rebus, quantas hæc doctrina complectebatur, aut studio novitatis, & diaboli impulsu, ac persuasione, corruptam majorum hæreditatem abiecerunt, & aboleverunt.

Abolitionem doctrinæ mox consecuta est veri Dei oblivio. Ex hac nata est prodigiola commentitiorum Numinum multitudo: Et sic mutarunt gloriam incorruptibilis Dei in efformatam imaginem mortalis hominis. Hinc Græcorum, quorum post Egyptios vanitas præcipuè celebratur, ac superstitio, commenta nata, qui Cælo Jovem, mari Neptunum, intimis terræ cavernis, & recessibus Plutonium incluserunt, & præferunt: Singulis rursus alio infinito adjunxerunt, Saturnum, & Cybelen Jovi, item Mercurium, Apollinem, Martem, Junonem, Minervam, Venerem, Dianam, Neptuno, Nereum, cohortes Nympharum, quod singulis in natura corporibus adesse peculiare Numen existimarent; & eam opinionem Diabolus, nimirum illorum speciei se se ostentans, auxit, & confirmavit.

Extincta igitur doctrina, & deleta ex animis memoria veri Dei, & si retinuerunt Hipponenses, sicut & cæteri Ethnici, umbras sacrificiorum; tamen cum non regerentur amplius norma Verbi Divini, ideoque nescirent quo essent consilio instituta, & quo spectarent, quidve monerent; tum mutarunt veteres ritus, vel abrogatos prorsus, vel novis, ac subditiis confusos pro conditione Numinum, quibus decernebantur; tum excogitarunt rationem ex victimis æstimandi occultos Numinum sensus alienos, adversosque, aut propitios, & addictos, quæve secuta essent, secundave, an contraria usurpatis, signorum loco fortuitis, aut sine ratione, temerè confectis, & constitutis indicibus, errore stultissimo: Quod eos necesse fuit facere; alioquin enim in ista Dei ignoratione dubitassent perpetuè, quæ essent expectanda, quæve sibi Numibus pollicerent, ac persuaderent. Rationem, & interpretationem signorum mox confirmavit Diabolus.

Existimo autem his comminiscendis, post amissum verbum, præbuisse occasionem Hipponensibus, Ethnicisque obscuram me-

moriā miraculorum, quæ ad sacrificia Sanctorum Patrum exhiberat Deus sæpissimè, inflammatis cælitus victimis, approbativè, ac susceptis, quæ placerent, vel contra repudiatis, quæ displicerent, certis, atque evidentibus testimoniis. Talis itaque sacrificiorum Hipponensium, cæterorumque Ethnicorum origo est. Hinc Rogerius, ut *cap. 9.* diximus, indixit fabris sub præcepto, ut quos vel nomine, vel insigni aliquo Proserpinæ cernerent in ipsius Templo lapides, igne consumptos abolerent, ne tantum flagitium antiquarum immolationum apud Christianos memoraretur. Nunc institutum nostrum prosequimur.

Hipponensium Legislatores permulti fuerunt. Ermippus, postquam Dux, & Princeps electus fuit, & parendi sibi, & subditis populis imperandi leges tradidit, & præclara in ipsos beneficia contulit. Nam rudes adhuc populos legibus à se constitutis parere persuasit, certa matrimonia instituit, serino more viventes ad cultum Deorum erexit, omnia Divina providentia gubernari demonstravit, arasque, & Sacerdotes, & ceremonias illis instituit. Hinc Hipponenses beneficiis affecti, in nummis caput ejus ex una parte, ex altera verò fulmen alatum imprefferunt. Poetæ enim fingebant aquilam Jovi fulmen porrigere, quod hæc avis omnium, altissimè subvolet, ne ictu fulminis lædatur: Ideo Hipponenses utrumque, ut puto, in compendio significare volentes, fulmen, alis ornatum incidebant; ut dixi. Vide *lib. 2. cap. 3.*

Calais Ermippi uxor, seu Ceres legum inventrix itidem fuit, sicut & Ermippus, post cujus mortem Hipponium regebat, vide *cap. antec.* Et Cicero *act. 7. in C. Verrem*, loquens de Cerere, & Proserpina, inquit: *A quibus initia vitæ, atque victus, legum, morum, mansuetudinis, humanitatis exempla hominibus, & Civitatibus data, ac dispersita esse dicuntur.*

Nam cum frumenti semina inventa fuissent, homines, qui prius nullis legibus parebant, glandibusque communi cibo vescantur, atque omnia habebant communia, leges rogarunt, quibus sua pars terræ cuique fuit assignata; deinde leges lætæ sunt de regundis finibus, de testamentis, & de emptionibus. Quæ primò lætæ sunt à Calais, sive Cerere, sicut scripsit Ovid. 1. *Metamorph.*

Prima Ceres unco glebæ dimovis aratro;

Prima dedit fruges, alimenta que mitia terris;

Prima dedit leges, Cereris sunt omnia munus.

Hercules Hipponiacus certamina instituit, cum cæteros Hipponenses vi corporis antecelleret.

Mi-


Minerva Hipponiaca tiliarum usum, & musicam excogitavit; hæc actu pingere, telam texere, omne lanificium, leges, classica adinvenit; cultum præterea, & plantationem olivæ invenit, & fructus expressionem. Cum verò olivæ fructus ad omnes artes sit accommodatus, oleum scilicet, omnes denique artes Minerva Hipponiaca apud Magnam Græciam invenisse dicitur; nam profectò nulla est ferè ars, quæ non olei beneficio utatur, aut aliqua ex parte adjuvetur.


Civitas nostra denique in quatuor ordines lege distributa erat. Primò hi fuere, quibus quingentorum Medimnum esset census. Secundò dein loco adscripti, qui trecentis censi forent, equosque alere possent. Tertius Equorum onere adepto, pari censu æstimatus. Et ex his ferè ordinibus Magistratus creati. Qui infra, fuerunt mercenarii nuncupati, concionis habendæ, judicandique munia, cæteris exclusi Magistratibus, obibant. Quam civilem institutionem Romæ Servius Tullius magna ex parte imitatus creditur. Lege sancitum est, ne quis patrimonium alienare possit, nisi evidentem calamitatem ostenderit supervenisse. Qui oculos in bello amiserat, publicè alebatur. Pecuniariæ dotes è medio ablatæ erant; pauca enim vestimenta, & vas quoddam è paterna domo portabat mulier, quia conjugii societas, non pretio, sed natorum charitate jungi oportet, ne in defunctos è vita, maledicta jacerentur. Si quis in sacro, aut in judicio civi convicium faciebat quinque drachmis mulctabatur. Nec subsidia, alimentave ulla filius patri debebat, à quo non arte fuisset aliqua ad usum vitæ institutus. Qui isthmia vicisset, centum drachmas; qui Olympia quingentas præmium ferret. Eorum liberos, qui præliis occubissent, publicè nutriendos, erudiendosque statutum est, quo sanctè animati singuli fortiter, ac strenuè in bellis dimicarent. Hinc ab optima bellatorum vi, ut *cap. seq. lib. 2.* videbis, Hipponium Romani appellavere Vibonem. Antiquo etiam in usu fuit, & præclarè, Curatorem cum pupillorum matre non inhabitare. Cautum est etiam ne is fieret Curator, ad quem post pupillorum obitum substantia spectaret. Princeps ebrius, morte multandus erat. Et duæ leges contra mulieres præcipuè observabantur; videlicet ne ulla unquam Senatium ingrederetur; & ut nulla earum proles maternum nomen accipiat. Has leges ederunt Hipponenses, quia liberæ Republicæ regimen Hipponium habuit, idque ex antiquis nummis, de quibus in Figura deprehendi licet. Et estò quatuor principales Republicæ in Calabria processu temporis fuissent; Hipponium tamen Civitas hæ-

bera

bera semper fuit, suis legibus vivebat; nummos, etiam post amicitiam cum Romanis initam obsignabat, licet cum Locrensisibus federata esset:

Hæc denique fuerunt sacrificia, ritus, simul & errores, ac leges Hipponensium, aliaque multa sine dubio (quorum memoriam antiquitas, ritusque novitas fugavit) donec omnium ipsorum superstitionum everfor Petrus Apostolus, ut *lib. seq. cap. 4.* dicemus, non modò tantam Deorum impurorum, superstitionumque rituum multitudinem profligavit, sed etiam veram, sanctam, & omnibus saluberrimam Religionem, ac legem introduxit, quæ nulla unquam, vel levitate gentium, vel impuritate, ac scælere populorum, vel Sacerdotum avaritia, vel hæreticorum calumniis labefcabitur. Vbi que enim veritatem emergere necesse est.





LIBER II

DE VIBONE VALENTIA

C A P. I.

De ejus ethymologia, & situ.



UM Romani ab obtinentibus Brettis, Hipponium Civitatem, quam pro ipsorum Metropoli sibi ipsi elegerunt, eripuissent, eam Vibonem appellaverunt. *Ἰππωνιον*, *Ipponion*, enim græcè, secundum *Ambrosium Calepinum*, latine Vibonem sonat, & addita Valentia, Vibonem Valentiam dixerunt, vel ab optima hominum bellantium vi, qua præstant, vel ab Vrbe Romana sumpto

nomine, quæ initio à juventute Latina fuerat nominata Valentia: Quam postea *Evander*, græco quidem nomine, sed servata latinæ vocis significatione *ῥώμῳ*, *Romi*, appellavit; *ῥώμῳ* *Romi*, enim antiquis idem erat, quod robur; *Solinus cap. 2. Sunt qui videri velint Romæ vocabulum ab Evandro primum datum, cum Oppidum ibi offendisset, quod extructum antea Valentiam dixerat juventus latina, secundum quod Virgilius dicit.*

Tunc Rex Evandrus Romanæ conditor arcis.

Hinc conjecturari potest, Civitatem nostram Romanis, adeo

H

fuit.

fuisse gratam, ut illam non alio nomine appellare voluerint, quam eo, quo Roma appellata fuerat, quasi vellent tacite innuere, se alteram Romam in societatem habere, *Plinius lib. 3. cap. 1. circa fin.* Vibonem Valentiam vocat, dicens: *Hippo, quod nunc Vibonem Valentiam appellamus. Pomponius Mela, Vibonem Valentiam. Ptolameus, Vionvalentiam, Antonius, Vibonam.*

Deinde absolute Valentia dicebatur; quod ex antiquis nummis, de quibus infra cap. 3., deprehendi potest; in ipsis enim, vel **ΙΠΠΟΝΙΕΩΝ** *Ipponeon*, vel hæc latina inscriptio, *Valentia*, legitur. Et hoc idem Cicero innuit, quando ac. 5. in *C. Verrem lib. 5. orat. 10.* dixit: *Cum ad te Valentini venissent, & pro his homo disertus, & nobilis M. Marius loqueretur, ut negotium susciperes &c.* Vide *lib. 3. cap. ult. de Viris Illust. temp. gentil. vers. fin.* Et post pauca, *Ipsis autem Valentinis, ex tam illustri, nobilique municipio, tantis de rebus responsum nullum dedisti.*

Vibonis idem omnino ac Hipponii situs, qui incipiebat à porta aurea, ubi trapetum Marzani, & longus paries Stephanacorem, olim Montisleonis pagum, respiciens, ex lapide secto, & quadrato, sicut in aliis, quæ remanent vestigiis magna omnium admiratione observatur; Et protendebatur ad locum ubi, *Li Castellucci*, seu potius, *Gurna di Crochari*, dicitur, & rediebat ad olivas feudi, ubi alia videbatur janua, jam obruta, sicut & porta aurea, cæteræque Vibonis januæ. Indè ad agrum, *Porticella*, vocatum, ubi etiam longus pervidetur paries ex lapide quadrato. Tum ad Cusellum, ubi, *Lo bastione*, cujus apparent vestigia ex lapide quadrato: In decliviori verò parte limpidissimus fons intra Civitatis menia fluebat, ut *lib. 1. cap. 10.* diximus. Indè ad planum Sancti Francisci de Paula, & ad antiquissimam S. Mariæ de Imperio Ecclesiolam, vulgò *Imparaviglia*, Sanctis Magis dicatam, *vid. lib. 3. cap. 4. §. 21.*, ubi in decliviori loco, parietis frustrum ex lapide secto. Denique extendebatur non longè à Castro in Civitatis vertice posito, & usque ad portam auream jam dictam. Ipsius verò Vibonis Valentis totus murorum ambitus ad octo mill. pass. colligit, præter Suburbia, Sanctum Petrum scilicet, Tryparonium, Castellarium, & Longoburgum, & Proserpinæ Templum in littore maris ædificatum. Vrbs igitur Vibo murum in circuitu potentem octo millia passuum habuit ante Saracenorum adventum in Italiam: Post primam vastationem eo bello factam, vix pars dimidia habitabatur: Post ultimam ad exiguum populum reducitur. *Vid. inf. cap. 4. Et lib. 3. cap. 1.*

Vibonis verò Castrum antiquitus non erat; vix enim quingentesimum attingit annum, & Vibonis denominationem sumpsit à porta Vibonis: Dicebatur igitur Castrum portus Vibonis; deinde, dempta una dictione, ut evenire solet, Castrum Vibonæ, sicut & nunc communiter dicitur. Ideoque nonnulli ab hac denominatione seducti, & quorundam ædificiorum reliquiis (quæ, cum eodem Castro, Marchionis Bucchanicorum tempore structa ibidem fuere, ut *lib. 1. cap. 10.* dictum est) in eodem loco, ubi idem Castrum, scilicet in mari sitam Vibonem Civitatem dixerunt.

Hipponium igitur, Ascenzeorum, idest Ausoniorum ædificium, in eodem loco, ubi nunc Monsleo, structum, *vid. lib. 1. cap. 8.* quia prisca mos erat condendi Vrbes in montibus parvas, & crebras, ut diximus *lib. 1. cap. 2.*, à Græcis, ut supra, ampliatum, ab obtinentibus Brettii eripuerunt Romani, & Vibonem Valentiam appellavere. Sed prima hujus Civitatis destructio, secundum omnes Authores, ab Agarenis fuit, ut *cap. 4.* dicitur; multis sæculis postquam Vibonis denominationem obtinuit. Consequens ergo est, Hipponium, & Vibonem Valentiam eandem omninò numerò fuisse Civitatem, solo nomine mutatam.

Est insuper antiquissima seniorum nostrorum traditio, apud Cives communiter diffusa, plateam auri, argenticque fabricum fuisse in plano Ecclesiæ Divi Aloæ nuncupatæ, anno 1704 Episcopo annuente, dirutæ, ubi nunc quatuor altissimæ populi videntur; altare verò Divi Eligii, cum omnibus juribus ad S. Leonis-Lucæ Delubrum eodem anno translatum est, *vide lib. 3. cap. 4. §. 21. in fin.* Et ultra traditionem prædictam extant inditia propinqua nimis; in illo enim omni tempore reperti fuerunt, & reperiuntur innumeri lapides pretiosi, & auri, & argenti fragmenta non pauca, necnon & insitamenta dictorum artificum innumerabilia.

Vibonense tandem aruum ab Angitolæ flumine, vel potius Savuto amne, circumdando per Scyllacensem agrum, & Surianensis, Arenarumque collis oram, usque ad fluvium Petracem, protendebatur. Hinc *Barrius lib. 3. pag. 238.* inquit: *Metaurum flumen, hodie Petrace, Vibonensem agrum à Regino determinabat.* Amplectebatur pariter habitationes omnes intra totum agrum (videlicet Roccam Angitolæ, Tiriolum, Scyllacem, Morgetem, hodiè S. Georgiam, Altanum Metauram Taurianum, Scunnum Medemam, hodiè Nicoteram, Portum Herculem, *vid. lib. 1. cap. 10.*; Mesianum, *vid. lib. 1. cap. 11.*, Miletum) usque ad Tyrrenum mare, quibus Vibo Valentia olim dô-

minata est. Et tam amplus erat Vibonensis ager, ut post à tyrannide Brettiorum liberationem, in Coloniam deducta Civitas, biscentum quindecim mille jugera agrorum militibus Romanis, humanitatis gratia, dederit, ut *capite sequenti* videbis.

C A P. II.

Quantæ æstimationis fuerit apud Romanos demonstrabitur.

Vlbo Valentia nobilissimum Romanorum fuit Municipium, & Colonia perillustris, ac ipsis quoque amica, & socia. Et ut totum dilucidemus. Socius dicitur, qui pari consilio, spe, & periculo rem aliquam cum altero ingreditur. *Cic. 5. Verr. Socii putandi sunt, quos inter, res communicata est.* Hinc Romani socios suos *συμμαχος*, *Simmachos*, appellabant, quos ita fœderare conjunctos habebant, ut belli, & pacis essent participes.

Colonia gens ad habitandum aliquam terram missa ab incolendo, id est inhabitando terram dicta. *Cæs. 8. bel. Gal. In totam Galliam, mittit ad Colonias civium Romanorum tuendas. Cic. de lege Agr. Majores nostri Colonias sic idoneis in locis contra suspicionem periculi collocarunt; ut non Oppida Italia, sed propugnacula Imperii esse viderentur.* Coloniarum aliæ Latine, aliæ civium Romanorum dictæ, Bononia latina Colonia est: Vibo, Mutina, & Parma &c. Romanorum civium. Erat & aliud genus Coloniarum, quales olim *Pompejus Strabo* trans Padum traduxerat: *Non enim novis colonis, eas constituit, sed veteribus incolis manentibus jus dedit Latii.*

Coloniarum autem hujusmodi ratio erat. Cum, in urbe Roma multos ex veteribus, novisque incolis paupertate premi intellectum erat, adeo ut censui solvendo non sufficerent; triumviri à Senatu creabantur, qui, locis primum consideratis, in quibus Republicæ expediret propugnaculum constitui, nova edicta proponebant, danda esse nomina ab illis, qui novam Coloniam deduci vellent; sicque Vrbs pauperibus exonerabatur, & rei familiaris pondere gravati, ad novas, quibus indigerent divitias gratis datas cum familia accedebant; accipiebant enim duo, quatuor, sex,

sex, aut septem agri jugera, & quandoque plura. Vibonenses tamen biscentum quindecim mille agri jugera, gratitudinis gratia, quatuor mille Romanis militibus dederunt, videlicet ter mille, & septimcentum peditibus, & trecentis equitibus; singulis peditibus jugera agri quinquaginta, & duplex equitibus, ut statim ex *Livio videbis*.

Municipia, Civitates sunt suo jure, & legibus utentes, muneribus tamen populi Romani, & honoribus fungentes. Erant itaque Municipales meliore conditione, quam Coloni. *Municipem*, inquit *Ulpianus*, facit aut *Civitas*, aut *manumissio*, aut *adoptio*; quoniam *Municeps* est, & qui liber in municipio natus est; & qui in Municipio à servitute se liberavit, & qui Civitatem quamcumque assecutus est. Propriè tamen municipales dicuntur, qui in Civitatem Romanam recepti (sicut Vibonenses) munerum participes fiunt. *Cicero*, *Bruto*: *Non dubito, quin scias non solum cajus Municipii sim, sed etiam quam diligenter soleam meos Municipales Arpinates tueri.*

Romanorum igitur Civitates præcipuè, aut Municipia, aut Coloniae, aut Sociæ dicebantur. Vibo Valentia tamen omnes istas simul, & in eodem tempore, postquam scilicet à tyrannide Brettiorum erepta est, habuit prærogativas; ut quæ spargebantur in aliis, in illa mixta fuerent, & quæ divisa beatos efficiunt, collecta teneret. Fuit nobilissimum Romanorum Municipium, ut *Cicero in Verrem act. 6.* inquit, sic dicendo: *Ipsis Valentinis ex tam illustri, nobilique Municipio tantis de rebus responsum nullam dedisti. Vide cap. antecedenti in princ. Et lib. 3. cap. ult. de vir. illustr. temp. gentil.* Insinuat etiam hoc idem *Cicero in oratione pro Plancio*, ubi sic ait: *Iter à Vibone Brundisium terra petere contendit, cum omnia illa Municipia, quæ sunt à Vibone Brundisiam, in fide mea Judices essent, tunc iter tutum multis imitantibus magno cum suo metu mihi præstiterunt.*

Fuit & Romanorum civium Colonia perillustis, velut *Livius bel. mac. lib. 5. decadis 4.* author est, dicens: *Eodem hoc anno Vibonem Colonia deducta est ex Senatus consulto, plebisque scito; tria millia, & septingenti pedites jerunt, trecenti equites; trium viri deduxerunt eos, Quintus Navius, Marcus Minutius, & Marcus Furius Crassipes: Quinadena (idest quinquaginta) jugera agri (jugerum est quantum in uno die duo boves arare possunt) data in singulos pedites sunt; duplex Equitibus. (vulgè Cavalieri) Brutorum proximè fuerat ager: Brutis cœperant à Græcis. Vellejus etiam*

etiam *Paterculus*, Valentiam Coloniam deductam scribit, sicut & *Appianus Alex.* statim adducendus.

Fuit quoque, ut dicit *Gabriel Barrius de situ Calab.* ubi de Monteleone differit, Romanis amica, & socia. Crescente enim per Italiam Imperio Romano, quod se facilius submisisset ea Civitas, expulsis Brettis non solum inter Colonias, & Municipia, ut diximus, sed etiam inter liberas, atque fœderatas est recepta, ita ut etiam nummos, sicut antea, imprimeret, hac tamen inscriptione latina, *Valentia*. Quæ deinceps in amicitia, fideque populi Romani constanter permanfit; quæ cum sub id tempus, quo Annibal Placentiæ erat, Carthaginenses classem ad eam oram vastandam misissent, Vibonenses, agri libentius depopulationem, Urbisque terrorem pertinaciter sunt perpeffi, in fideque, & societate populi Romani perstiterunt, Urbemque necessariis rebus, quo hostibus resisterent, munierunt, ut *Livius Bel. Punic. lib. 1. Urb. 536. Oly. 14. pag. mibi 132.* tradit, sic scribens: *Postquam ab ea parte satis tutam Siciliam censebat Consul, ad insulas Vulcani, quia fama erat stare sibi panicam classem, trajecit, nec quisquam hostium circa eas insulas inventus. Iam forte Carthaginenses viginti quinque remes cum mille armatis (ad vastandam Italiæ oram) transmiserant, depopulatoque Vibonensi agro Urbem etiam terrebant. Repenti Siciliam T. Sempronio Consuli, excursio hostium in agrum Vibonensem facta nunciatur: literæque à Senatu de transitu in Italiam Annibalis, & ut primo quoque tempore collegæ ferret auxilium, missæ traduntur. Multiis simul anxius curis exercitum extemplo in naves impositum Ariminum supero mari misit: Sexto Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum, maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit.*

Denique Vrbs hæc, non solum fuit Colonia, sed etiam una ex illustrioribus septem Civitatibus Coloniis, quæ triumviratus tempore ex ejus decreto diripienda militibus tradita fuit, ut *Appianus Alex. bell. civil. lib. 4.* adnotavit, dicens: *Incola tu quoque dationes Urbium octo supra decem Italicarum, quæ & substantia, & domorum pulchritudine, pavimentiisque præstarent; quæque militibus ipsis subindè dividerentur, quemadmodum ad ipsos pro earum inimicitia per prius belli jure pertinebant. Erant autem hæc, & aliæ Urbes, & in primis illustriores, Capua, Rhegium, Venusia, Beneventum, Nuceria, Ariminum, & Hipponium (quæ tunc dicebatur Vibo Valentia) sic optima quæque Italiæ, & pulcherrima exercitiis adscripta sunt.*

Ci-

Cicero exilii sui tempore cum Melitam insulam petere stauisset, ut ibi commoraretur quouſque res suas componeret, Vibonem ad siccam terrestri itinere concessit, ut inde transmitteret. Cæterum ubi Clodii rogationem de suo exilio allatam percepit, perquam quadringentum ab Italia miliaria, aqua, & igne sibi interdiceretur, ut ipsemet ad *Att. lib. 3. §. 16.* scribit. Cum Melitæ sibi esse non liceret, consilio repente mutato, à Vibone Brundisium convertit, ut se in Græciam reciperet. Verum prius Locros ad clientes suos petit; quo ex loco (scribit ad *Attic.*) inde Crotonem contendit, & Thurios, quo in itinere, omnes Calabriae Civitates, ad quas divertebat, ipsum quam humaniter excipiebant hospitio, ut ipsemet in *orat. pro Plancio* dicit. Post vero reditum suum in Urbem, Senatus universus, ut ipsemet *Cicero in orat. pro domo sua ad Pont.* scribit, gratias agendas censuit Civitatibus iis, quæ M. Tullium recepissent. In bellis autem civilibus Vibo Valentia Cæsaris partes est sequuta, ut *Appianus Alex. hec. civil. lib. 3.* scriptum reliquit. Octaviano Augusto etiam favit, utpotè ex Calabria oriundo, ut in *Appiano* constat. Ac sæpè numero Octavius ipse, Hipponium, ac Rhegium se conferebat, & interdum ob securitatem, præter Locros, Rhegium pedester, uno famulo comite, meabat, ut *Suetonius* tradit.

C A P. III.

De Nummismatum diversitate.

Vibonenses impressisse nummos, & auctoritate *Gabrielis Barrii lib. 2. Guidonis lib. 3. Hieronymi Marafioti lib. 2. & Patris Cropani*, nullo etiam contradicente; & ex nummismatibus, quæ apud me servantur, & intra Hipponii, seu Vibonis Valentiae, Montisleonisve Civitatis mœnia in dies reperiuntur, liquidò constat.

Signabat igitur aliquando mulierem, quam Proserpinæ matrem, idest Cererem puto, comam quatuor in partibus ligatam habentem: Et retro Amaltheæ cornu, fascia ligatum; juxta verò illud, Caducei, seu Mercurii virga, hac inscriptione. **ΙΠΠΩΝΙΩΝ**, *Ipponicon*. Per quadruplicem ligaturam illam, quatuor anni tempora, & ubertas intelliguntur, sicut per Amaltheæ cornu, vid. *lib. 3. cap.*

3. cap. ult. de vir. illust. gentilit. temp. Caduceum denique symbulum pacis est, sic dictum, quod contentiones, & belia cadere facit. Vt in prima figura.

Aliquando Jovem Hipponiacum ex una parte, & ex altera vas, & juxta illud suprapositam inscriptionem; propè quam, stellam martis, ut videbis in secunda figura. Vide in calce figuræ Montisleonis.

Quandoque Brentum Hipponensem, ac Herculis Hipponensis filium ex una parte, vid. loc. sup. cit. Ex adverso verò Victoriā alatam, palmam dextera, baculumque sinistra tenentem eadem græca inscriptione. Vt in tertia figura.

Interim Proserpinam, habentem in capite tiaram muliebrem; nunc à Proserpinæ tergo hanc literam S. Et ex postico gemina Amaltheæ cornua, etiam regionis ubertatem duplicatam significantia. Nunc addebant juxta Amaltheæ cornua stellam Martis, & supra stellam hanc literam S. Nunc tædam accensam, & juxta illam, S. Nunc mulierculam, idest Proserpinam, coronam floream capiti, & manu tenentem; & aliquando sub illius pedibus, S, hac inscriptione latina; *Valentia*. Vt in quarta figura. Vide lib. 1. cap. 9. Et lib. 3. cap. ult. supra cit.

Interdum incidebant Iovem Hipponiacum, idest Ermippum Proserpinæ patrem. Et ex postico fulgur alatum, cujus mysterium vide lib. 1. cap. 12. vers. fin. Et à latere fulminis aliquando tæda accensa, quam dicitur, quod Ceres inflammavit, cum investigare vellet filiam Proserpinam à Plutone abreptam. Vt in quinta figura. Vide lib. 1. cap. 12.

Interim incidebant Herculem Hipponiacum. Et ex altera facie duas clavas, duplicatum valorem, sive Herculem, ejusque filium Brentum significantes: Item stellam, & supra ipsam quatuor globulos, sive pifulas eadem latina inscriptione. Vt in sexta figura.

Nonnunquam imprimebant Apollinem Hipponiacum item; & retro aliquos globulos. Ex adverso verò lyram chordarum septem, duos globulos, & supra veluti coronam. Eadem inscriptione. Vt in septima figura. Apollini cytharæ inventionem tribuerunt Hipponenses (ut vides in nummo) quæ septem chordis prius muniebatur, ut *Virg. lib. 6. Æneid.*

Necnon Threicius longa cum veste Sacerdos

Obloquitur numeris septem discrimina vocum.

Qui chordarum numerus, Planetarum numero conveniebat. Cum plu-

plurium chordarum instrumenta musica recentiora sint ; vel Pythagoræ temporibus, vel Orphei.

Item sculpebant Bellonæ, idest Minervæ caput galeatum, pennisque cristatum, & retrò quatuor globulos, sive pisulas, & ex altera facie noctuam ejus alitem; item quatuor globulos; & supra ipsos stellam Martis, aliquando verò propè, ut in octava figura.

C A P. IV.

De fundatione Vibonensis Episcopatus,
ejusque destructione.

Patrios ritus, Gentiumque mores tandiù Vibo retinuit, quanti diù Apostolorum Principis Petri sonus, ultimos Calabriæ fines pervasit; eoque ipsa excitata, & noctem gentilitatis abjecit, & divinum verè fidei lumen est amplexata. Cum enim Sanctissimus Apostolus Petrus Romam versus iter carpens, ad Urbem appulisset Vibonem, in qua Iesum Christum prædicans, populos ad Christi fidem perduxit, quod etiam & in pluribus Magnæ Græciæ Urbibus deindè fecit, ibi Episcopum, cujus nomen ignoratur, Vibonensem constituit, ut tradit *Paulus Gualtieri à Terranova in lib. 1. Sanctorum Calabriae cap. 8.* Et habetur ex traditione, & veteribus manuscriptis *Cronicae Coloniensis, & Augustaliam Rodebilli*, Longobardorum caractere in carta pergamena inscriptis. Fertur etiam, quoddam Vibonæ suburbium, nomen ab ipso Apostolo accepisse, quod usque ad hæc nostra tempora Sancti Petri nomen retinet, estque mare versus, nuno Montisleonis Pagus, inter quem, & ipsam Civitatem duo milliaria intersunt. Opinandum quoque est, Sanctum Petri destructo Proserpinæ Tèplo, ac cæterorū, quos Deos vocabant, eliminata omni spurcicia, & exclusa multitudine Demonum, ipsum templum in cathedralem Ecclesiam convertisse. Nam locus est, non longe à Pago prædicto, nomen Episcopatus retinens, ubi Proserpinæ templum fuisse haud dubium est. Et licet Rogerius Ecclesiam hanc à Saracenis dirutam, ut statim dicemus, funditus everterit, (*vid. lib. 1. cap. 9.*) adhuc tamen ejus vestigia fodientibus apparent; necnon & ejus apud nos exte me-

moriam, quæ difficulter dilui potest, conservatur enim in continuis individuorum successione. Fuit etiam Vibona Metropolitana sedes, ut *Capitalibus in hist. Montisl. cap. 3. pag. 13.* ex quibusdam antiquis Ecclesiasticis colligit. In quibus tres tantum in utraque Calabria Civitates fuisse Metropolitanas legitur, nempe Rhegium, Vibonem, & Consentiam.

Vibonensis tandem Ecclesia, sub ritu Græco fundata, usque ad ultimam Saracenorum invasionem perdidit. Nam vices Regnorum versante fortuna, Vibona nunc anno 409. sub Alarico Vescigotto Gothorum Rege vexillum erexit, nunc anno 493. sub Teodorico Ostrogotto, nunc anno 537. sub Iustiniano Imperatore I. Duce Belisario, nunc anno 545. sub Totila etiam Gothorum Rege, nunc iterum sub Iustiniano: Et hic Ostrogottorum finis, qui per annos septuaginta duos Italiam dominati sunt, nunc anno 612. sub Phoca, & anno 615. sub Ioanne Campasino: Hic ex Governatore Constantini Imperatoris (qui Neapolim, Puteolos, Basilicatam, Apuliam, & Calabriam dominabatur. Reliquum Italiæ Longobardi possidebant, quorum Imperium per annos 249. usque ad Desiderium eorum Regem, à Carolo Magno. Gallorum Rege in carcerem trusum, permansit) Rex Neapolim effectus est. Sed ab Heraclio Imperatore pulsus, morte Regnum finivit anno 615.

Et sic sub Græcorum Imperatoris dominio Vibona perennavit. Quando anno 850. venientibus ab Africa Agarenis, qui utraque Calabriæ oram diripientes igne concremaverunt, & magnam utriusque sexus, & omnis ætatis hominum turmam captivam dixerunt, primum excidium, heu dolor, passa est.

Iterum resecta (sed vix pars dimidia habitabatur, *vid. ibi cap. 1.*) iterum diruta, igneque consumpta est anno 915. sub Romano I. qui Græcorum Imperium usurpavit, & à quo tunc Calabri defecere, indignati, quia ignobilis, & vilissimus erat. Qui quidem Romanus ad eorum ultionem Agarenos advocavit ab Africa, qui Vibonem tradiderunt ruinæ, eodem tempore, & alia & Calabriæ, & Apuliæ, & Lucaniæ Oppida eversa sunt. Tempus hoc cum anno obitus Divi Leonis Lucæ (*vid. lib. 3. cap. ult.*) concordat. Dicit enim de eodem Sancto historia; *Apud surgentes reliquias Hipponis (idest Vibonis) obdormivit in Domino anno ejusdem 917. In propria ipsorum sacra eade, in novo reparato Ecclesiæ latere Fratres venerabile corpus addidero, circa septemtrionem.* legitur si anno 917. Vibona vocatur surgens, consequens est eandem

dem paulo antè fuisse destructam.

Postea verò sub exilij Ioannis XIII. tempore, anno 965. fama est, se iterum refecisse, & appellatam fuisse Mille arma, à mille armatis, quos Civitas ad hostium vim repentinam repellendam noctu paratos habebat, *Capialbus cap. 1. pag. 6. in fin.* Hanc ego destructionem, reedificationemque non admitto, sed sequentem amplector.

Sed non multo post, scilicet anno 983. eruta fuit Vibona iterum ab Agarenis, Mauris, Carthaginensibus, impia inter se inita societate, ac magno exercitu comparato, adjuvantibus Siculis, Beati Nili aëvo, quo & Terina, & Taurianum, & Tryschines *Taberna* everse fuere, secundum *Barrium lib. 2. pag. 147.* Et adeo solo æquata fuit, ut ad exiguum populum redacta, *Barr. lib. 2. pag. 174.*, cives ad angulum Civitatis, ubi nunc dicitur; *La Terra vecchia (vid. lib. 3. cap. 1.)* coadunati sunt; De reliquo verò præstantissimæ Urbis, ne vestigia quidem remanserunt, nisi longus murorum circuitus, quo illa circumdabatur, ut diximus *lib. 1. cap. 8.* De qua re *Antonius Minturnus in hist. Divæ Reparata* cecinit in hunc modum:

*Tum verò Herculeos portus, parvique Metauri.
Littus arenosum linguo, empyriumque vetastum,
Hipponiosque sinus Calabros; quos maxima iuxta
Urbs antiqua fuit, tot adhuc per secula cujus
Fundamenta manent veterem testantia formam;
Quam Grai, Hipponium, deinde dixere Vibonem
Romani, atque novus nunc incola, Monteleanum.*

Hi sunt tandem Episcopatus, qui sub ipsa persecutione destructi fuere. A parte maris Oceani, Episcopatus Tauriani, Nico-
teræ, Vibonis, Amanthæ, Agelli, Velisæ, qui modo Scalea dicitur, Pesti, quod modo Capacium vocatur. Destructa fuit Ecclesia S. Euphemis, cum toto Monasterio; exindè Lisania, quæ Neocastrum vocatur nunc. A parte maris Adriatici, Episcopatus Bruzzani, Hieracii, Styli, Trieschenez, idest Tabernæ, Tirioli cum occisione Episcopi, Crotonis, Hierapoli, quæ est Strongiolum, Palitien . . . , quod antiquitus vocabatur Medioplodium, & nunc est Rossanum, Et, ut tradit *Paulus Gualtieri de Sanctis Calabria lib. 1. cap. 35. in fin. pag. 166.* nullus remansit integer Episcopatus, præter scyllaceum, & Rhegium, qui Episcopatus ultra defectiorem populorum, & persecutionem, per multa tempora propriis Episcopis caruerunt. Constantinopolitanum Imperium nullum poterat

terat præparare adiutorium propter Cretenfium, & Saracenorum obftaculum.

Etiam & hoc tempore, Epifcopatus Vibonenfis, ut dixi, deſtructus eſt; & diù latuit ſub ruinis, ſcilicet per annos ſeptuaginta, uſque ad Comitſ Rogerii dominium, qui & ſedem Vibonenſem, & Taurianenſem Miletum tranſtulit, ut *cap. ſeq.* fuſius dicemus.

C A P. V.

De Normannorum dominio, & Epifcopatus Vibonenſis translatione.

Sæculo decimo, & anno trigeſimo quinto poſt Chriſti Salvatoris noſtri ortum, Neapolis Regnum, inter Michaelem Paphlagonium IV. à *Platina* Catalacium dictum, cui Sicilia, Calabria, & Apulia ſubjacebantur, & Principem Capuanum, Principemque Salernitanum diviſum erat; Agareni verò Montem Garganum, Luceriam, & alia nonnulla loca in Apulia occupaverant, multiſque Siciliae Civitatibus dominabantur, reliquiſque illius Inſulae locis, totique Italiae proſtigationem minabantur; Quod animadvertens Benedictus VIII. dictus IX. in Occidentis Imperatorem indignatus, qui auxilium ſufficiens, atque opportunum minimè afferre videbatur ad eorum furores reprimendos, atque ad imminetia Italiae incendia propulſanda, convocavit ad belli conficiendi unionem Michaelem Imperatorem Græcum, qui Duce Georgio Maniade Græco, à *Platina* Maloccho dicto, numeroſum exercitum miſit. Hic maritimo itinere adveniens convocavit etiam Guaimatum Salernitanum Principem, necnon Normannos, qui ſub ipſo militabant, inter quos Gulielmum Ferrebach, vulgò *Braccio di ferro*, quibuſdam oblatiſ, & confirmatiſ conditionibus. Qui quidem omnes alacriter, & uno animo pugnantes, ex Apulia, ac penè omnibus Siciliae Civitatibus Saracenos pepulere. Bello feliciter expleto, pollicitam ſibi obſervantiam Normanni poſtulabant; eaque impugnante Maloccho; immò Ardoinum Normannorum Internuntium, ob eorum ignominiam, virgiſ cædente, maleficium pro beneficio receperunt. *Diſſimulantes tamen, Calabriae oram*

. pro-

profecti sunt, ibique multa Græcorum loca tradiderunt ruinæ. Deindè Apuliam præoptaverunt, ac Melphim Civitatem occupantes, eam in ipsorum sedem statuunt. Quod intelligens Malochus, contra Normannos suum movet exercitum. (quare Saraceni eadem loca in Sicilia iterum occuparunt) Sed victis Malocho, deindè anno 1042. sub Constantino Monaco IX Imperatore, Dulciano sexaginta mille militum Ductore; & tandem sub eodem Imperatore anno 1044. victo Esagusto, à Malaterra dicto Annonæ totam Apuliam consecuti sunt; ejusque Comitem statuerunt Gulielmum Ferrebach.

Postea in Civitate Melfitana, convocatis militum Ducibus, Apuliæ Oppida inter se dividentes, Rainulpho Averisæ fundatori, & Comiti, Sipontinam Civitatem, & montem Garganum; Asclitino, Cerentiam; Ridulpho, Cannem; (Hi fratres germani è Normannia anno 1006. Calabriam venerunt, è Principe Salernitano vocati) Gulielmo, Ascolim; Draconi, Venosam; (Hi Calabriam petunt anno 1025.) Unfrido, Minorninum (Hic Gulielmi, & Draconis frater venit in anno 1030.) Arnolino, Lavellum; Ugoni Authabono, Monopolim; Petro, Tranensem Civitatem; Gualtieri, Civitatem sic dictam; Triscamo, Montepilosum; Hervæo, Trigentum; & Radulpho denique Sanctum Arcangelum dederunt.

Gulielmus moritur anno 1046. Cui successit Draco frater, Hujus tempore anno 1048. Calabriam petiit Robertus frater, ob sui animi alacritatem Guiscardus appellatus. Hic à Dracone Sancti Marci Civitatem, a se jamdudum fabricatam, obtinuit.

Draco dum Castri Montolii Ecclesiam ingrederetur, ab Argiro Græci Imperatoris Capitaneo simul cum turba interficitur anno 1049. Cui Vnfredus, tertius Apuliæ Comes successit. Et huic anno 1057. Baccelardus Comes quartus. Cujus tutor Robertus Guiscardus, jam dictus, qui magnam Calabriæ partem deindè occupavit, & à Nicolao II. P. M. Dux Calabriæ salutatus est anno 1060. Tandem Baccelardum Nepotem expulit, Trojamque Ecclesiæ Civitatem item occupavit: Hinc Nicolaus indignatus ipsum excommunicavit; deindè pacatus, Roberro Apuliæ, & Calabriæ, atque Siciliæ (ad quam acquirendam spem habebat, nec sefellit) Ducatum confirmavit, accepta prius ab eo, cum sacro, Romanæ Ecclesiæ fidelitate, eorumque quod anni jura bovum singula denariis duodecim.

Rogerius cognomento Bossus Calabriam petiit anno 1068. secundum Summontem (sed potius 1060. nam Rogerius iste, anno 1063.

1063. Abatiam Sanctissimæ Trinitatis fundavit, ut statim videbis) & Vibonensem agrum occupavit, ac jusjurandum exegit. Deinde ipse, & Guiscardus frater, Alexandri II. tempore, omnes ab Apulia Græcos expulerunt, victoriamque sequentes, cæteras Calabriae terras subjugarunt. Tum auxilio Bettiminii Amirati Etyhopum Principis Bescavetti, Siciliam sunt consecuti anno 1071. Et eodem anno Rogerius Calabriae, Siciliaeque Magnus Comes, ut *capite sequenti* in titulis Privilegiorum videbis, est salutatus. Guiscardus moritur anno 1081. mense Julii. Gulielmus Primogenitus Antiochiæ Principatum; & Guido Tertio genitus, Amalfiæ, Surrentique Dominium hæreditarunt; Rugerio verò fratri, Salerni Principatum addidit, legavitque Guiscardus. Cæterum nostri nunc non est instituti, singillatim Normannorum gesta hic prosequi; pro quorum notitia videatur *Summonte* in historia Neapolis, qui ea locupletissimè jamdudum explicavit. Tantum, pro majori eorum, quæ hic adducuntur cognitione, Normannorum arborem in fine capituli annectam. Interim ut ad institutum redeamus.

Rugerius igitur, ex magna corporis proceritate, & imperterrita animi fortitudine, Bossus dictus, Tancredi de Altavilla Normanni ex Fresenda conjuge filius, armis, & pietate fuit insignis; Vocatus à Messanensibus, jugo Saracenorum oppressis, illos consilio, & militibus juvit. A Nicolao II. Summo Pont. accepto militari vexillo, in quo erat expressa Imago B.M.V. à Sancto Luca depicta, pluribus præliis Saracenos profligavit, eosque à tota Sicilia Alexandri II. tempore deinde expulit. Pulsis à Sicilia Saracenis, & Melitæ, Gozique insulis in suam ditionem redactis, quatuor Camelos pretiosioribus Saracenorum spoliis onustos Romano Pontifici dono misit. Cum obsidione Panormum, in quo Saraceni tyrannidem exercebant, cingeret, ei Deipara Virgo se visendam præbuit, docuitque modum Urbis capiendæ. Tanti beneficii memor, & singulari in Dei matrem pietate, in suis numismatibus imaginem Deiparæ ex una parte; & ipsius Comitæ equo insidentis, manuque gestantis vexillum ex altera, imprimi jussit. In altera Capuæ obsidione à Sancto Brunone, cui in agro Squillacensi Monasterium extruxerat, & opibus auxerat, in somniis admonitus, ab insidiis, & prodicione Sergii Ducis Græcorum ereptus est, ut ipsemet fatetur in quadam epistola à *Surio* relata, tenoris sequentis.

In nomine Dei aeterni Salvatoris nostri Jesu Christi anno ab incarnatione ejusdem 1098. indict. 7. Gloriosus Rex David Spiri-

in Sancto prævntus; Narrabo, inquit, omnia mirabilia tua. Propter quod ego Rogerius Divina misericordia Comes Calabria, & Sicilia, nota esse volo omnibus fidelibus Christianis beneficia, quæ mihi peccatori concessit Deus, orationibus Reverendi mei Fratris Brunonis, piissimæ Patris, Fratrum qui habitant in Ecclesijs S. Maria de baremo, & S. Stephani Protbomartyris, quæ sitæ sunt in terra mea, inter Oppidum, quod dicitur Stylam, & Arenam. Cum essem in obsidione Capuæ Kalendis Martii, & præfessis Sergium, natione Græcam, Principem super duocentos armigeros nationis suæ, & exercitus excubiarum Magistrum, qui satanica persuasione prævntus, ipsi Principi Capuæ promittenti auri non modicam quantitatem ad invadendum me, meumque exercitum, noctu aditum pollicitus est se præbere. Nox proditionis advenit, & Princeps Capuæ, ejusque exercitus, juxta promissum, est paratus ad arma. Dumque me sopori dedissem, interiecto aliquanto noctis spatio, adstitit cubili meo quidam senex, reverendi vultus, vestibus scissis, non valens lacrymas continere. Cui cum in visu dicerem, quæ causa ploratus, & lacrymarum esset? Visus est mihi durius lacrymare. Iterum, quærenti mihi quis esset ploratus? Sic ait: Fleo animas Christianorum, teque cum illis simul. Exurge quam primum, sume arma, sic liberare te Deus permisit, tuorumque animas pugnatorum. Hic mihi per totum videbatur, velut si esset per omnia venerabilis Pater Bruno. Experges factus sum tam terrore grandi, præ visione pavescens. Illico juxsi arma, clamans militibus, ut armati equos conscenderent, visionem si vera esset satagens comprobare. Ad quem strepitum, & clangorem, fugientes impius Sergius, ejusque sequaces, subsequuti sunt Principem Capuæ, sperantes se indictam Civitatem confugiam habituros. Cæperunt autem milites inter vulneratos, & sanos, centum sexaginta duos, à quibus visionem fore veram comprobavimus. Reversus sum, Deo volente, vigesima nona Julii mensis Squillacium, perhabita Capuæ Civitate, ubi fui per quindenam continuam infirmatus. Venit verò jam venerabilis dictus Bruno cum quatuor de Fratribus suis, qui me suis sanctis, devotisque colloquiis consolati sunt. Cui Reverendo Viri visionem retali, & humiles gratias egi, qui de me etiam absente suis in orationibus curam habuisset. Qui se humiliter asseruit non ipsum fore, quem credidi, sed Dei Angelum, qui adstat Principi tempore belli. Rogavi quoque ipsam humiliter, ut propterea de rebus meis in terra Squillacensi sumere dignaretur largos redditus, quos donabam. Remuens ille, recipere nolle dicebat, quod ad hoc domum sui Patris,

meamque dimiserat, ut omnino de rebus extraneis liber, deserviret Deo suo. Hic fuerat in tota domo mea quasi primus, & magnus. Tandem vix ab eo impetrare potui, ut gratis acquiesceret sumere modicum munus meum. Donavi enim eidem Patri Brunoni, ejusque successoribus ad habendum in perpetuum, absque temporali servitute, Monasterium Sancti Iacobi cum Castro, & quamplura, res; & bona alia cum amplissimis libertatibus in literis specificè declaratis.

Divina igitur in præliis opè protectus illam etiam sibi tesseram assumpsit, qua item sua numismata signavit, *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me.*

Calabriam, Siciliamque totam ipso Rugerio tandem dominante, eò gloriæ Miletus deinde provecta est, ut novi Principatus sedes deligeretur, & esset. Et ibi Rugerio regnante, referata tribunalia; admissi exterorum Principum oratores, expeditæ maritimæ classes; Hic celebratæ nuptiæ inter ipsum Rugerium, & Eremburgam; Hic plures ex tribus uxoribus filias, inter quos ex Adalasia Bonifacii Marchionis filia, Simeonem, & Rugerium suscepit; Hic, à Sancto Brunone Carthusiensium fundatore idem Rugerius sacro fonte est ablutus. Simeon Comes Calabriae, & Siciliae post obitum Patris: Rugerius verd primus Siciliae Regis titulo nobilitatus anno 1129.

Plura per totam Siciliam, & Calabriam Monasteria, Basilicas, & Episcopatus fundavit, illustravit, dotavit, in quorum numero est Templum in Calabria erectum, in ea montis appennini declivii parte, quæ occidentem spectat solem, quod Divo Stephano dicatum voluit, Divi Brunonis Galli precibus (ut supra innuimus) meritis, vita, & sanctitate motus, qui eo tempore in illa opaca sylvæ vitam degebat heremiticam.

Romanam Petri sedem obtinente Gregorio VII. scilicet anno 1073. Episcopali dignitate exutis Bibona, & Tauriana, earum dignitas, & reditus Rugerii precibus adjuncti sunt Episcopo Militeni. *Quod tunc, ut tradit Barrius lib. 2. pag. 174., & Hipponienses, & Taarianenses, qui hoc concesserant, populus exiguus esset. Nunc autem, & Hipponium, & Seminaria clara Oppida sunt, ac satis pabulosa. Quare utrique Episcopalis sedes restituenda esset, remanente Miletis sua. Nam nunc Miletensis Diæcesis ingens est (ut statim dicetur) ut in tres Diæceses commodè distribui possent.*

Vibonenfis verd Episcopatus aliqua pars Abbati Sanctissimi Trinitatis data est, undè fuit divisus in sedem Episcopalem, & Abba-

Abbatiam, ut infra ex Rugerii Privilegiis, & Pontificiis diplomatis videbis. Illa immediatè subjecta Romano Pontifici, amplis redditibus, & ditione, in unam, & centum viginti Terras, Pagosque, ita Calabriae, & totius Regni Episcopatus antecellit, ut in octoginta millia hominum jurisdictionem spiritualem exerceat. Episcopale Templum Virgini Deiparae, & Sancto Nicolao, Myrae Antistiti dicatum, à Comite Rugerio, ut dixi *lib. 1. cap. 3.* ex reliquiis Templi Proserpinæ extructum, à Papa Calisto II., ni fallit traditio, consecratum fuit. Celebratur quotannis dedicatio 3. Martii. Abbatia Sanctissimæ Trinitati dicata, Templo Augusto, & Regio Monasterio anno 1063. aucta, privilegiis, & copiosis redditibus ab eodem Rugerio ditata, non postremum inter Calabriae Monasteria locum obtinet? quod Monachis Sancti Benedicti inhabitandum tradidit, ac inter cœtera à Romanis Pontificibus obtenta facultate, ut is esset Monasterii Abbas, quem major, saniorque Monachorum pars sibi in superiorem eligeret. Templum primò dedicatum fuit ab Archipræsule olim Consentino, tunc Episcopo Militense, Arnulpho Guiscardo anno 1081. quarto Kalendas Januarii; Consecratum à Calisto II. Summo Pont. anno 1122. Altare majus pariter consecratum est anno 1166.

Et hoc Rugerii factum omnibus posteris, inculandi sui ansam non minimam præbuit, cum hæc duo Tempia tam lauta, tantoque artificio, atque sumptu celebrata, ex fundamentis erigere obscuro in loco maluerit, quàm in alio nobiliori, tutiori, atque salubriori, qui plurimus in ea ipsa regione haud defuisset, quod quidem Oppidum, à Monteleone distans sex mill. pass., adeo est vallatum rupibus undique, ut neque ad majorem incolatum dilatari unquam potuerit, neque si aliqua, quæ hæret, ex parte, posset commodè, habitari. Quapropter omnium judicio optimè consuleretur, si hoc tempore quo Montisleonis Civitas, tanquam suæ prioris Urbis æmula, in dies magis atque magis amplitudine, divitiis, dignitate, ac doctrina aucta perspicitur, sedes illa in suum pristinum, ut ex *Barrio* dixi, restitueretur locum, ut meritò cum eadem, Vibonæ sit Civitas, *vid. lib. 3. cap. 1.*, neque eadem memoria apud omnes, neque antiqua eadem majestate, dignitateque privari debeat.

A R B O R

NORMANNORUM.

L Otrecchus, natione Gothus, Daciae Rex. Bergostus Secundogenitus, Neustriae, seu Normanniae tyrannus ante Dominum 886. Ex hoc Rullonus anno 892. Normanniae Dux; cujus uxor Gilla Regis Galliae filia, unde & Rullonus sacrum baptismum suscepit. Ex hoc Gulielmus Comes de Altavilla, & Dux II. Ex Gulielmo Riccardus Dux III. A quo Rubertus Dux IV. & Riccardus Secundus. Ex hoc, Riccardus Tertius; Rubertus; & Gulielmus Dux V. Hic genuit Tancredum Comitem de Altavilla.

Tancredus ex Moriella suscepit Gulielmum, cognomento Ferrebach, seu ferrea brachia, anno 1044. Apuliae Comitem; Draconem, anno 1046. Comitem II.; Vnsfredum, anno 1049. Comitem III. (ex quo oriuntur Baccellardus, anno 1058. Comes IV.; & Rubertus Comes Loritelli) Gaufridum, & Serlonem.

Ex Fransenda vero tulit Malgerium; Rubertum cognomento Guischaridum, anno 1060. Calabriae Ducem, & anno 1071. Apuliae Ducem V. necnon Siciliae Dominum; Gulielmum Angliae Regem, & Normanniae Ducem VI.; Alveradum; Vmbertum; Tancredum; & Rugerium cognomento Bossum, partis Calabriae anno 1060. dominum, & anno 1071. Magnum Calabriae, Siciliaeque Comitem, *vid. cap. seq. in princ.*, Obiit Mileti, ibidem sepelitur anno 1101.

Rubertus Guiscardus, & Alberada genuerunt Boemundum; Antiochiae Principem anno 1097. Hic cum Constantia habuit Boemundum alterum, Principem II.; & Austriae Ducissam, Ramundi Ducis, & deinde anno 1125. Antiochiae Gubernatoris conjugem.

Idem Guiscardus ex Scigilgaida deinde tulit Rugerium Calabriae Ducem II., Apuliae vero Ducem VI. anno 1085. (Hic cum Alberada genuit Tancredum, Antiochiae anno 1119. Principem III.; cum Ala tamen Gulielmum Calabriae Ducem III., Apuliae vero anno 1104. Ducem VII. Moritur anno 1127.; Ludoyfium, qui obiit puer; & Gulielmum spurium (cujus mater Maria, Dominum de Gesualdo, ex Gulielmo natus est Elias, stirpes de familia Gesualda.)

da.) Rubertum immaturè è vivis sublatum; Guidonem, Amalphic, Surrentique anno 1185. Dominum; primam filiam uxorem Vgonis Marchionis Lombardiæ; secundam Imperatricem Constantinopolitanam; tertiam Barchinionis Ducissam; quartam Balbi Galli Comitis conjugem; quinam in infantia luminibus clausam.

Gulielmus Rex Angliæ supradictus genuit Gulielmum cognomento Rubrum Angliæ Regem II. & Normanniæ Ducem VII. Arricum Regem III. & Scotiæ Regem I. qui ex Matilde tulit Matildem alteram Scotiæ, Angliæque Reginam.

Rugerus Bossus, & Adalasia, seu Adalaida procrearunt Symonem, Calabriæ, Siciliæque Magnum Comitem II. qui obiit anno 1102.; Rugerium alterum, Magnum Comitem Tertium, & anno 1127. Apuliæ, Calabriæque Ducem, totius Regni Neapolis Dominum, necnon anno 1129. Vtriusque Siciliæ Regem; Goffridum; Iordanum; Josfrè; & Constantiam Occidentis Imperatricem.

Rugerus, & Elvira Alfonso Vterioris Hispaniæ Regis filia (cum Sibilla Ducis Borgoniæ germana, & Beatrice Comitis Restæ sorore non genuit) susceperunt Rugerium Apuliæ Ducem; Anfulsum Capuæ Principem. Gulielmum Malum cognomento, Regem II. Obiit anno 1166.; & Constantiam Monialem in Civitate Panormi, deindè, habita Pontificis mediata dispensatione, Imperatricem.

Gulielmus Rex, ex Margarita Regis Navarræ filia, tulit Rugerium etiam Apuliæ Ducem; Gulielmum cognomento Bonum, Regem III., qui cum Joanna Angliæ Regis filia minimè genuit, & moritur anno 1189.; necnon Enricum Capuæ Principem, hic occidit anno Domini 1170.

Ex Rugerio, Primi Regis Vtriusque Siciliæ filio, & filia Ruberti Comitis Lycii, nascitur Tancredus Rex IV. qui fato suæctus est anno 1195., & Gulielmus.

Tancredus, & Sybilla Ducis Athenarum, vel Emanuelis Græci Imperatoris filia, genuerunt Rugerium (qui unà cum Genitore regnavit, in uxorem duxit Hirenem Iliaci Græci Imperatoris natam, & anno 1194. occubuit) Gulielmum Regem V. & ultimum Normannorum, obiit anno 1198. Et hic ipsorum finis, qui regnarunt per annos sexaginta sex. Item Albiriam Lycii Comitissam, primò Gualterii Brenna Comitis, deindè Jacobi Comitis Tricacii, & tandem Trignini Comitis Palatini uxorem: Constantiam.

I N S I G N I A.

Fascia duplicata à dextera ad sinistram descendens, in quinque partes utraque divisa, quinque rubeas, & quinque argenteas, in campo cæruleo. Insignia denique, quibus utebantur Normanni, antequam in Reges salutarerentur, *vid. lib. 3. cap. 1. per totum.*

C A P. VI.

De Privilegiis, & facultatibus à Summis Pontificibus, & Rugerio Magno Comite Calabriae, & Siciliae, Ecclesiae Militensis concessis. Ad quam redegerunt Ecclesias Bihonensem, & Taurianensem.

§. I.

Sigillum factum à me Rugerio Magno Comite Calabriae, & Siciliae, & Christianorum auxiliatore, & datum tibi Sanctissimo Militensi Episcopo Domino Arnulpho, mense Octobris, Indictione decima.

Quoniam Ecclesiae Episcopales Bihona, & Tauriana, propter patrata scelerata ab hominibus, inhabitata, atque depredata

ditæ sunt: (Alibi, propter commissa peccata ab hominibus, de-
 fertæ, & destructæ sunt.) Et Ego Rugerius Dei gratia Comes Ca-
 labriæ, & Siciliae, annuente nobis Divina providentia, ut novi, vo-
 lai duas has Cathedras in unam Ecclesiam Militensem redigere, &
 hanc unam, nec Bibonæ, nec Taurianæ nomine, sed Militensem vo-
 cari, quam, Deo favente, nomini Dei Genitricis, & Sancti Nicolai
 Episcopi, & Patris nostri dicavi: Quare hujus rei causa confirman-
 da, petii conspectum Sanctissimi Papæ Gregorii VII. qui gloriosi
 Apostolorum Principis Petri sedem tenet. Is petitiones justas imple-
 vit nostras, deditque nobis honestissimum Virum D. Arnulphum
 nomine, & Episcopum Ecclesiæ Militensis constituit. Ideo prædi-
 ctum Sanctissimum Episcopum, & ipsam Sanctam Militensem Ec-
 clesiam, & eos, qui illi serviunt ad Dei cultum, quæcunque illi ad
 vitam necessaria sunt, ut Deum pro Christianis, & spirituali salute
 nostrorum Parentum, & nostra assidue orent, omnes quascunque
 Ecclesiæ Bibonæ, & Saurianæ, Episcoporum quondam pertinentias,
 & substantias, Villanos, & omnia alia jura, quæ possederunt, & suo
 tempore dominatæ sunt, in perpetuum possidere, & dominari conten-
 tus sum. Quare propter animæ meæ salutem dedi eidem Sanctæ Dei
 Ecclesiæ Militen. Sancti Patris nostri Nicolai, & prædicto San-
 ctissimo Domino Episcopo Arnulpho, & Clericis ejus in perpetuum,
 & futuris Episcopis, & Clericis ejusdem Ecclesiæ, & successoribus
 possessionem, quæ est intus in Vrbe Militen. supra rivum dictum,
 Ferrera inter nostrum Castrum, & Episcopatum; & inde defluit in
 flumen, nominatum Scatoplytam; & excurrit idem flumen, & un-
 de fluere idem rivus, & miscentur sub ponte. Dedi etiam tibi cul-
 turam vocatam Piocæ ante Urbem Miletum, sitam propè culturam,
 quam Sanctissimæ Trinitati Militensi dederam, propè viam publi-
 cam, & flavium, & possessionem, seu culturam existentem contra
 Miletum propè rivum vocatum Scapini, & prædictum flumen. Item
 aliam culturam, dictam Pioca in regione Calabræ, una cum oleis,
 & Piocis, propè viam publicam. Item aliam culturam vocatam
 Scordade, cum monte, quæ protenditur usque ad flumen Scatoply-
 ti apud terras Paresceves, & rivum vocatum Jannus, qui ex Scor-
 dade descendit. Item aliam culturam in plano villæ Campanone
 apud eandem villam, & viam. Item aliam culturam ad Medimi-
 zem, apud culturam dictam Parvi Cbrimi, propè idem flumen.
 Præterea dedi tibi in eadem Urbe Militen. Villanos nonaginta
 quinque, una cum hereditibus, & substantiis eorum, videlicet. Ca-
 locam Cusaton cum filiis; Nicephorum Adauleta; Nicephorum
 ejus

ejus nepotem; Theodorum Condò cum filiis; Mariam viduam; Joannem Anafaga; Leonem cognatum ejus; Nicolaum Milaranum; Condò Mariam cum filiis; Nicolaum Strattopodi; Calam viduam cum filiis; Melagrinum cum filiis; Nicolaum Silopi cum filiis; Nicolaum cum filiis; filios Sacerdotis Alexii; Presbyterum Nicolaum cum filiis; Annam viduam cum filiis; Nicolaum Fistonichi; Gregorium cum filiis; Constantinum fratrem Fistonichi; Ioannem Carveriam; Georgium Fistonichium; Ioannem Sacerdotis Leonis cum filiis; Archontissan Philippi cum filiis; Stefanum cognatam Nicephori; Ioannem cognatum Filiopes; Andrum Cosentinum; Presbyterum Constantinum Trajani; filios Sacerdotis Ioannis Fagoli; Nicolaum filium Gregorii; Pinellum cum Ioanne Giovanniti; filios Sacerdotis Gregorii drelepti; filios Sacerdotis Fotino; Presbyterum Mulodusse cum filiis; viduam Sacerdotis vocati Chilo; Andream Sacerdotis filii Graui; Sacerdotem Petrum Chjonata; Nicolaum Presbyterum Mesiani; Petrum Sacerdotem Vina; Presbyterum Nicolaum cum filiis; Heliam Presbyterum cum filiis; Pancalum Presbyterum cum filiis; Petrum Presbyterum Sancti Constantini; Leopardum Presbyterum; viduam Presbyteram cum filiis; Ioannem Presbyterum Eugenii; Nicolaum Presbyterum Gaslemi cum filiis; filios Sacerdotis Eupraxi; Antonium nepotem Sacerdotis Antonii; Petrum Sacerdotem Ortodelle; Philippum Presbyterum Angelorum; Sacerdotem, qui dicitur Scannaci cum filiis; Nicolaum Presbyterum de Mexiti; Nicolaum Sacerdotem Iaguado; filios Sacerdotis dicti Clidi; viduam Sacerdotis Leonis Mesosila cum filiis; Ioannem Presbyterum cognatum Galaii; Ioannem Presbyterum de Meniti cum filiis; Philippum Presbyterum Gregorii cum Fratre; Petram Presbyterum Zavati; Basilium Presbyterum Sculcamis; Casiliam Sacerdotem Gulloditi; viduam Presbyteram Basilii Diaboli; Petram Presbyterum Carovadi; Viortilam Sacerdotem cum filiis; Ioannem Casarum Attisanum; Ioannem Siccanam; Presbyterum Constantinum Crisojoanuem; Ioannem Potamita; Nicolaum Caucare cognatum ejus; Pantaleonem cum filiis; viduam Presbyteram Ioannis Valgo cum filiis; Nicolaum Presbyterum Condum; Philippum Sacerdotem cognatum Rematiff; viduam Presbyteri Aebillis cum filiis; Basilium Sacerdotem Colocinti; Basilium Cuzzocheim Pancali; Pangalum cum filiis; Basilium Carisanum Romanum. Ioannem Capogola; Presbyterum Nicolaum Leopardum; Nicolaum Calchomatam; Ioannem Buchilo; Arvidium Vandigerium; Gregorium Mitouetum; Ioannem Concari; Ioannem à Malfano; Leo.

*Leonem Scolferi; Nicolaum Frassuni; Nicolaum Petrum cum fra-
tre; Nicolaum Salonicum cum filiis; Theodorum Salvaci.*

*Præterea facultatem damus eidem Ecclesiæ, & eidem Reve-
rendissimo Episcopo, ut possit facere Molendina, & Vattinderia, ubi
voluerit in loco Episcopatus, & habeat aquam liberam, absque ulla
molestia, & tributo. Item do, & concedo eidem Ecclesiæ Sanctissimæ,
ut perpetuo à nobis, & nostris successoribus, & nostris subditis,
Baronibus, Barghesiis, & Stratotis, & ab Ecclesiis in eadem Pro-
vincia existentibus, tam Græcis, quam Latinis, super quibuscun-
que fructibus, tam rerum immobilium, tum verò animalium nascenti-
am integram decimam recipiat, quemadmodum misericors Deus
precipit. Item do, & contentus sum, & precipio, ut Sanctissima
Ecclesiæ Dei, habeat ex hoc tempore in perpetuum quæcunque jura
ego habebam, aut subditi nostri Domini Barones, Barghesii, Stra-
tota super Ecclesiis Provincia Mileti, Bibona, & Tauriana, ex
districta Mayde usque ad Rbegium, quod spectat ad decimas, &
alia jura. Et hæc omnia teneat, & potatur eadem Sanctissima Ec-
clesiæ, & illius successores ad suos usus, & dominium. Item volo, &
contentus sum, ut eadem Sanctissima Ecclesiæ possideat liberè, sine
ullo vestigati, ex hoc tempore, omnia illa, quæ donare, & dicere
volent propter spirituales salutem animarum suarum, nostri subdi-
ti, Barones, Barghesii, & Stratota, Villanos, & possessiones. Volo,
& firmaten precipio omnibus nostri Domini, ut omnes homines,
Villanos, quos habet eadem Sanctissima Ecclesiæ, & nos dedimus, &
confirmavimus, possit tenere cum omnibus rebus, & pertinentiis
suis, absque ulla servitate, vel tributo, tam, quæ nostri juris erant,
quam Baronum, & Barghesiorum, ejusque subditorum, ut libera
sint, & immunia possidenda ab eadem Ecclesiæ in pace, & tranquil-
litate. Solum ut salventur omnia jura Episcopatus, & Clericorum
in eadem Ecclesiæ permanentium, & ubi homines habet, tam nostra
Domini, & subditorum nostrorum, volumus, & facultatem damus
Episcopis ejusdem Episcopatus, & futuris Locumtemporibus eorum,
ut possint habere hancum, & iudicem, & judicent eos, nec ullus
alius eos iudicandi facultatem habeat. Etiam volumus, & contenti
sumus ad hæc omnia, ut posse suis in locis suscipere sibi commenda-
tos homines. Etiam, præter hæc, sedulo, & ex corde precipio Baro-
nibus, Barghesiis, & Stratotis, Archiepiscopis, Episcopis, & R-
ctoribus nostri Domini Calabria, ut cum Reverendissimus Episco-
pus Mileti, vel ejus successores, vel Clerici volent ex arboribus m-
tionum nostrorum ligna cedere propter Sanctissimam Ecclesiæ, libera
pos.*

possint incidere, & deferre, absque ullo tributo. Similiter omnia animalia Episcopi, vel Clericorum ejus, videlicet oves, boves, equos, saes possit per totum territorium Calabriae mittere ad pascua, & erbaria prasa absque alio tributo. Præter hæc omnia jubemus, eum liberum esse omni exactione, vel molestia, ita ut alicui, ne denarium quidem solvere teneatur. Item possit agri sæno uti absque suo damno, funes texere liberè, ut olim Episcopi Bibonæ faciebant: Etiam præcipio omnibus Domini nostri Baronibus, Burgheffis, & Stratiotis, & Rectoribus, ut revereantur, honorent, & obediant Reverendissimo Episcopo Militensi, & successoribus ejus, tanquam Patri spirituali; & si quis contrarium audebit in rebus ad Episcopatum spectantibus, vel Sanctissimo Episcopo non obediet, hujusmodi hominem jubeo anathematizari. Item si quis has res omnes, quas dedi, confirmavi, & corroboravi volet evertere, alterare, etiam levissimè, auferre audebit, nisi se statim emendaverit, ut habeat anathema à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & à trecentis decem, & octo deiferis Patribus, & unà cum Diabolo in ignem æternum damnetur, & sentiet nostram indignationem.

Ad majorem autem confirmationem, & corroborationem signavi auream meam bullam, sub prædicto mense, & indictione. Præsens sigillum scriptum, & formatum est à Nicolao, & Nicole Ostiariis, & Mystolectis. Rugerius Comes Calabriae, & Siciliae. Anno ab orbe condito sexies millesimo quingentesimo nonagesimo quinto. 6595.

§ II.

*Gregorius Episcopus servus servorum Dei.
Dilecto nobis in Christo Filio Arnul-
pbo Militensi Episcopo, suisque
successoribus.*

Superna miserationis respectu ad hoc universalis Ecclesie curam suscepimus, & Apostolicę moderationis sollicitudinem gerimus, ut dignis postulantiarum votis ob tantam benignitatem faveamus, & eo, qua Apostolica auctoritate roborari jussu desiderare de-
creta

creta nostri iudicio perpetua liceant. Proinde quoniam Bibonensis Ecclesia, peccatis id merentibus popularibus, desolata est, qua olim sedes Episcopalis fuerat, jam ne propter solitudinem Episcopatus incongruum, & satis indecens videbatur Filio nostro Rugerio Glorioso Comite roganti, Religiosisque viris suggerentibus, ab ea in Militensem Ecclesiam Sedis transmutationem fieri concessimus; quare Pontificem per gratiam constituentem consecravimus. Adhuc etiam ad tustorem tuæ Ecclesie dignitatem, ut sicut tu à nobis, ita tui successores à Romano Pontifice semper debeant ordinari.

Ad perpetuam igitur hujus videlicet Militenfis Ecclesie stabilitatem, atque confirmandam Episcopalis Sedis in ea dignitatem, ab illius scilicet Bibonensis subjectione, quam hactenus habuit, liberam esse in reliquum iudicamus; cunctaque, quæ illi in Ecclesiastico regimine, vel honore, sive iustitia pertinere visa sunt, huic conferentes, in perpetuum sibi servanda presentis Privilegii decreto censuimus, atque statuimus. Præterea, tua fraternitate petente, quatenus res tui Episcopatus noviter constituti Apostolicæ defensionis munimine à quorumlibet audacum perturbatione sint tutæ, Apostolica interdictione prohibente, præcipimus, nullum Regum, vel Imperatorum, Antistitum, nullum quacunque dignitate præditum, vel quemcunque alium audere, de his quæ eidem Venerabili loco de bonis illi priori Ecclesie pertinentibus abruere; seu ex his, quæ postmodum à prædicto filio nostro Rugerio, vel à quibuslibet hominibus de proprio jure donata sunt, vel in futurum, Deo miserante, conferuntur sub cuiuslibet causa, occasioneve specie minuere, vel auferre, sive suis usibus applicare, vel aliis quibuslibet de causis pro sua avaritia excusatione concedere, sed cuncta, quæ sibi oblata sunt, vel offerri contingerit, tam à te, quam ab eis, qui in tuo officio, locoque successerint, per Episcopum pro tempore, illibata, & sine inquietudine aliqua volumus possideri; eorum quidem usibus pro quaque sustentatione, gubernatione concessa sunt modis omnibus profutura. Si quis verò Regum, Sacerdotum, Clericorum, Judicum, ac Sæcularium personarum hanc Constitutionis nostræ paginam agnosces, contra eam ausu temerario venire tentaverit, admonitus semel, & iterum usque tertiam per convenientes inducias, si non respuerit, atque prædictæ Ecclesie non satisfecerit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, eumque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat; & nisi ea, quæ ab illo sunt male oblata restituerit, vel digna penitentia deslexerit, à Sanctissimo Corpo-

L

re,

re, ac Sanguine Dei Domini Redemptoris nostri Jesu Christi alienus fiat, atque in extremo examine distincta ultioni subiacet. Cunctis autem eidem loco iusta servantibus sit pax Domini Nostri Jesu Christi, quatenus, & hęc fructum bonę actionis percipiant, & apud districtum Judicem pręmia eterna pacis inveniant. Miserationes tuę Domine super omnia opera tuę. Datum Lateranęs prędicę Nanas Februarii per manus Petri S. R. E. Presbyteri Cardinalis, ac Bibliothecarij, anno primo Gregorij VII. Pape, Indictione tertija. 1073.

§. III.

Urbanus Episcopus servus servorum Dei.
 Charissimo Fratri Giraldo Militen.
 Episcopo, suisque successoribus
 canonicę promovendis in
 perpetuum.

Prostatem ligandi, atque solvendi in Cęlia, & in Terra Beata Petro, ejusque successoribus, auctoritate Deo, principaliter traditam, illis Ecclesia verbis agnoscit, quibus Petrus Dominus allocutus. Quęcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in Cęlis; & quęcumque solaveris super terram soluta sunt & in Cęlis. Ipsi quoque, & propria firmitas, & alienę fidei confirmatio, eodem Deo auctoritate ad eum dicitur. Rogavi pro te, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando conversus confirma fratres tuos. Oportet ergo nos, qui licet indignę, disponente Deo, Petri in loco pręsentis ipse, & scire, & posse dedit pręvia corrigere, & rectę confirmare in omni Ecclesia ad æterni arbitrium iudicis sic disponenda disponere, ut de vultu ejus iudicium nostrum prodeat, & oculi nostri videant equitatem. Tuis igitur, dilectissimo Frater Giralde, justis petitionibus annuentes, & prędecessoris nostri Sanctę memorię Gregorij VII. statuta rectę firmantes, pręsentis pagine auctoritate decernimus, ut Militanęs Ecclesia sub jure Apostolica Sedis specialiter perseveret, omneque successorum tuorum, quęcumque

dum tu, & prædecessores tui per manus Romani Pontificis consecrentur. Autoritate etiam Apostolica confirmamus, ut Bibonensis Ecclesia in Militensem translata, sicut prædicti prædecessoris nostri privilegio decretum est, maneat in perpetuum. Addentes etiam ad Tauranensis Ecclesiam, quæ, peccatis accolarum exigentibus, desolata est, in Dioccesim Militensem cadat, & Militensi deinceps Episcopo subiecta permaneat, ut una atriisque, Bibonensis scilicet, & Taurianensis Ecclesia, Diocesis habeatur, & deinceps Militensis vocabulo nuncupetur. Constituimus ergo, & auctoritate Apostolica præcipimus, ne ulli omnino hominum liceat eandem Militensem Ecclesiam temere perturbare, aut ejus possessiones invadere, minuire, & auferre, vel temerariis vexationibus fatigare; sed universa, quæ auctoritate nostra hodie, vel Principum liberalitate, & oblatione fidelium possidet, seu in futurum, Domino juvante, poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant; præsertim quæ ad Bibonensem, ac Taurianensem Ecclesiam, sive in possessione, sive in regimine justè visa sunt pertinere. Sane si quis in crastinum Archiepiscopus, aut Episcopus, Imperator, aut Rex, Princeps, aut Dux, Comes, aut Vicecomes, aut persona qualibet magna, vel parva, hujus nostræ constitutionis non inscia, contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiove commonitus, si non satisfactione congrua emendaverit, à Christi, & Ecclesia corpore cum auctoritate potestatis Apostolicæ segregamus. Conservantibus autem pax à Deo, & misericordia, præsentibus, & futuris sæculis conservetur. Datum apud Oppidum Cajazia, per manus Joannis S. R. E. Diaconi Cardinalis, quinto nonas Octobris, inditi. II. Anno Dominicæ Incarnationis 1093. Pontificatus autem Domini Pape Urbani II. Sexto.

*Benedictus Dominus, & Pater Domini nostri Iesu Christi.
Amen.*



§. IV.

CALISTUS *Episcopus servus servorum Dei.*
Venerabili Patri Gauffrido, Militensi
Episcopo, suisque successoribus
canonicè substituendis in
perpetuum.

Officii nostri nos hortatur auctoritas, pro Ecclesiarum statu sollicitos esse, & quæ rectè statuta sunt stabilire; proinde charissime in Christo Frater Gauffride Episcopo tuis petitionibus annuentes, & prædecessorum nostrorum Sanctæ memoriæ Gregorii VII. & Urbani II. Ecclesiæ Romanæ Pontificum statuta firmantes, præsentis privilegii stabilitate sancimus, ut Militensis Ecclesiæ sub jure Sedis Apostolicæ specialiter perseveret, omnesque successores tui, quemadmodum tu, & successores tui per manus Romani Pontificis consecrentur. Auctoritate etiam Apostolica confirmamus, ut Bibonensis in Militensem translata, sicut prædictorum prædecessorum nostrorum privilegiis decretum est, maneat in perpetuum; addentes etiam, ut Taurianensis Ecclesiæ, quæ, peccatis accolarum exigentibus, desolata est, in Diæcesis Militensis cadat, & Militensi deinde Episcopo subiecta permaneat, ut una utriusque, Bibonensis scilicet, & Taurianensis Ecclesiæ Diæcesis habeatur, & deinceps Militensis vocabulo nuncupetur. Nulli ergo omnino hominum liceat eandem Militensem Ecclesiam temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere, vel temerariis vexationibus fatigare, sed universa, quæ concessione Pontificum, liberalitate Principum, oblatione fidelium, vel aliis justis modis, aut in presenti possidet, aut in futurum largiente Domino poterit adipisci, firma tibi, tuisque successoribus, & illibata permaneant, præsertim quæ ad Bibonensem, & Taurianensem Ecclesias, sive in possessione, sive in regimine justè visa sunt pertinere. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiove

com-

commonita, si non satisfactione congrua emendaverit, potestatis, honorisque sui dignitate careat, reamque se Divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à sacratissimo corpore, & sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Iesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem mandata Ecclesiæ iusto servantibus, sit pax Domini nostri Iesu Christi, quatenus & hæc fructum bonæ actionis percipiunt, & apud districtum Iudicem præmia æternæ pacis inveniant. Amen. Amen.

AD CHD

Ego Calistus Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Firmamentum æternum Dominus timentibus eum. Datum Lateranis per manum Griloboth Catholicæ Romanæ Ecclesiæ Diaconi Cardinalis, ac Bibliothecarii, Decimo Kalendas Ianuarii indict. 15. Incarnationis Dominicæ anno 1122. Pontificatus autem Domini Calisti II. Anno III.

§. V.

Privilegium Comitis Rugerii Feudi Sanctæ Agnetis 1093.

R*ugerus Magnus Comes Calabria, & Sicilia, & Christianorum adjutor, & frater Roberti Ducis, secundum formam à principio, & ab antiquo consequentem in Ecclesiis Sanctis Dei, affirmo, & ratum facio, ut in perpetuum permaneant per præsens scriptum memorabile. Reduco omnia pura, & sine controversia ad Rev. Episcopum Dominum Diospon, quem elegit Apostolica Sedes Sancti, & Gloriosi Apostolici Petri cum Venerabili Clero, & legitimis suis filiis, & constituit Episcopum Civitatis Mileti, etiam supra omnia Ecclesia, ad quam reduco, & ad dictum primum Episcopum Monasteria inferius scripta, & possessiones, quas primò possidebat, & iuste tenebat Rev. Episcopus Ecclesiæ Bibonæ in tenimento Squillacii, & ut dividantur, & separentur iuste cum timore Dei, & veritate, nisi cum te Rev. Episcopo Præsidentem etiam Trodium Straticotum Mileti, & bonum nostrum Notarium, & Nicetum*

Sta-

Stathorem Monachum, & Arcadium Capistanum, & Basilium Miletinum, & Basilium Tornari; qui duxerant sibi senes locorum integrè scientes veritatem. Dico igitur, quod initium termini confinis incipit à Quatola, ab angulo Sanctæ Virginis Dei Genitricis, & procedit per viam antiquam, & revertitur terminus trachis, à Piraginis, & descendit terminus usque ad Bathiam, sive ballonum, & procedit ex Bathia ad ligamen collis, & finit ad fontem frigidum, illincque procedit ad magnum fluvium, & descendit per eundem fluvium, & approximat ad alterum fluvium per partem orientalem, & ascendit idem fluvius usque ad antiquum passum Paropharmani, & retrogreditur ad antiquam viam, & approximat ad propagines ad Sepem Vincemoli Spari, & procedit antiquus terminus, & convertitur ad angulum S. Mariae Dei Genitricis, unde initium fuit. Hac omnia diviservant nobis Paschallus Presbyter, & Nicolaus Presbyter, & Gerasimus Tremarchus. Post hac venit Basilus Elia, & Constantinus Diabatoanus, & Dominus Geme, & reliqui seniores Sancti Viti, qui diviservant nobis possessiones Sanctæ Mariæ, & Virginis Dei genitricis. Incipiunt à colle, in quo sunt multæ petrae ad terminum Sancti Viti, & descendit per Vallem ad hericas, idest helitas, & procedit ad terminum, & descendit ad terminum, & includitur ad taurum, & ad fluvium, & descendit fluvius usque ad terminum ablisanothum, & ascendit eundem terminum, & approximat ad girnacasia, & procedit ex pino. Virginis, & procedit terminus Cosmi Dopolite; & revertitur, & includitur in eodem colle, ubi sunt multi lapides, & unde initium fuit. Ipsi senes demonstrarunt nobis, & terminum Sancti Viti ad lapidem scriptum literis latinis, qui terminus descendit partem meridionalem, & approximat ad duas arbores, illincque procedit ad pantanum, & ascendit summitatem pantani usque ad flumen Sitheralem, & transit passum, & procedit ad Sanctam Virginem, & approximat ad Fratempoti, & reflectitur ad eundem passum Sitheralem, illincque procedit ad antiquam viam, & approximat ad antiquum balneum, & procedit ad crassum terminum, & exit ad viam ad Castanoam mandarolam, & procedit per viam, & approximat ad Lardaream, illincque procedit ad vallonum ad terminum Albareti, & descendit vallonus Alberti, & approximat ad viam, illincque approximat terminus Cypriani, & approximat ad pantanum, & ascendit ad eundem lapidem scriptum, unde initium fuit. Et iidem seniores demonstrarunt nobis Montem Longbina; similiter Enllindum demonstravit nobis Consentinus Livadas, & Monachus Luitides

de. Oribonius, & olii plures. Post terminum Platea, terminus appropinquat per meridionalem partem ad fluvium Sancti Nicolai, & descendit fluvius usque ad Statbianum, idest parvum lapidem, & ascendit, & appropinquat in loco, in quo duo fluvii miscent aquas, & ascendit fluvius, & includitur ad punctonem via ad terminum clausura, & ascendit Serrani Termini collis à via, ab alia Ecclesia linea S. Martyris Georgii usque ad hospitia, & reflectitur per viam orientalem, & procedit ad sepem rimata, & appropinquat ad grnum situm, unde incipit conductus aqua, & finit ad lapides plesti termini, unde initium fuit. Præterea demonstrarunt nobis, & terminum vineola Leon yaratos, & Georgius Malarus, & Nicetas S. Eupli, & Leon Capletolas, & yaltrapilus, & cum ipsis alii plurimi. Incipit à termino ascapetri, & S. Eupli, & descendit terminus Sorra, & procedit ad terminum, in quo Sacramentum fuit, & descendit ad antiquum molandinum, & procedit per fluvium, & appropinquat venationi ad Sanctam Anastasiam, & procedit vallis, & appropinquat ad vallonem Gannovina, & procedit vallis ad terminum harondisonon, & ascendit via ascendens, & appropinquat ad Crucem, unde descendit via S. Martyris Agatha, illincque transit; & convertitur ad terminum barolisanon, & Nsiplatonon ad collem, unde initium fuit. Præterea demonstrarunt nobis, & terminum, ut mandavi, Nicolaus Grigora, & Arcadius, & Anthes, & Contilus, & filius Terdaci, & Jonas, & alii plures cum ipsis. Incipiunt à termino S. Patritii, in quo est arbor cum Cruce, & ascendit per viam Gassovina, & appropinquat altera via antiqua orientalis, & appropinquat ad terminum lapidis, & ad viam, & finit ad fontem, & descendit ad tavina, & appropinquat ad Collem de Mithina, illincque revertitur ad S. Georgium, & ascendit ad S. Nicolaum, & procedit Serra, & appropinquat ad vallonem Calbita, idest ferraria ad terminum honochisani, & ascendit aqua vallonis, & appropinquat ad lapidem tarmini. Illincque revertitur, & includit arborem Crucis, unde initium fuit.

Præterea sunt etiam Monasteria ejusdem Ecclesia, quæ donavimus tibi; Ecclesia S. Martyris Agnetis cum termino, & auctoritate sua; Ecclesia S. Martyris Georgii Eritani cum territoria, & tenimento, Ecclesia Sancti Michaelis Archangeli nominati Castrorfanis cum territorio, & tenimento sua. Hæc omnia prædicta, & scripta in hoc privilegio concedo, & dono tibi, etiam omnia reddo tibi, ut jus est. Ego Rogerius Comes cum filio meo Iosfrè, & ad Sanctam Ecclesiam Dei, Episcopi Bibone, ut habeatis ipsam sine impedimen-

to, perturbatione, & molestia ab omni persona, & filiis meis, & consanguineis usque ad finem sæculi non impediatur, neque molestetur post mortem meam, sed habeas, ut Episcopus, plenam potestatem habens in rebus Ecclesiæ, & ores pro omnibus Christianis, & pro me peccatore, & omni populo meo. Et si quis presumpserit hæc scripta permutare, seu pervertere, habeat anathema, id est maledictionem à Patre, & Filio, & Spiritu Sancto, & maledictionem trecentorum octo & decem Sanctorum Divinorum Patrum, & nostram indignationem experietur. Hac omnia facta sunt coram Gulselmo, & Alavillo, & Ruberto, & Pagbeno de Mortes, & Petro de Meroto, & Nicolao meo Prothonotario, & aliis plurimis. Et ad majorem cautelam, & confirmationem sigillatum fuit præsens sigillum bulla aurea, mense Februario, indictione XIV. & tibi Rev. Episcopo datum anno à principio mundi sex millesimo quingentesimo nonagesimo nono. (Anni sunt sexcentum quatuordecim; sed à Nativitate Domini 1093.) Scriptum fuit manu mei Notarii, & Magistri Rationalis Comitum Ph. Ioannis Domini S. Agathæ de Gizofa.

Rugerus Comes Calabria, & Sicilia. \

C A P. VII.

De numero Vicariatuum, & Locorum Diœcesis Militensis.

JAm diximus Militensem Episcopatum amplis redditibus, & ditione in plurimas terras, Pagosque, ita Calabria Episcopatus antecellere, ut duodecim mille ordinarii proventus nummos aureos exigat quotannis, & in octoginta millia hominum jurisdictionem spirituales exercent. In tota Diœcesi Militensi sunt viginti tres Vicariatus, qui unum, & centum viginti continent loca.

Primus Vicariatus est Miletus, cum octo Castris, quæ sunt Naum, Jonadum, Coteffonum, Calabrum, Sanctus Joannes, Comparnum, Sanctus Petrus, & Paravatum.

Secundus, Francica cum tribus Castris, quæ sunt Pungadum, Mutarum, & Sanctus Constantinus.

Tertius, Mesianum, ejusque Castra, Filandrum, Præsinacium,

Per-

Pernocarum, Rumbiolum, Vrsigliadum, Scaletum, Moladum, Garnatum, Papagliontum, & Zungrium. Insuper Sanctus Coloverus, & Calimera.

Quartus, Briaticum, & Castra illius; Sanctus Læo, Sanctus Constantinus, Pannaconum, Mantineum, Paradisonum, Conidonum, Potenzonum; Mandarodonum, Sanctus Marcus, Cessanittum, Favellonum, Scicqnum, & Sanctus Conus.

Quintus Montisleonis Civitas. Castra sunt Abbatie, ut infra cap. 10. dicitur.

Sextus, Philocasium, & Panaya.

Septimus, Vallislonga cum duobus Castris, qua Sanctus Nicolaus de Junco, & Neocastrelum.

Octavus, Pitium, & Oppida Rocchæ Angitolæ cum duobus Castris, Majerato, & Pimenio. Oppida Montis Sancti, Sancti Honophrii, & Capistani.

Nonus, Francavilla.

Decimus, Castrumminardum, Polia cum ejus Castro Polioro. Et Monsrubeus.

Vndecimus, Bellifortium, Stefanaconum, Sanctus Demetrius, Vazzanum, Pizzonum, & Sanctus Basilius.

Duodecimus, Sorianum cum castris Sancti Angeli, & Sanctæ Barbaræ.

Tertiusdecimus, Arena cum sequentibus Castris, Dasà, Aquario, Potamia, Brachara, Pronia, Miglianò, Ierocarne, Limpido, & Simiatono.

Quartus decimus, Soretum cum Castris, Dinami, Melicocchè, Melicucchello, & Dafinà. Oppidum Caridà, cum Castris Sancti Petri, & Garopoli.

Quintus decimus, Borrellum cum Castris, Lauriana, Candidono, Bellantono, Stillitanono, Serrata, & Vafia.

Sextus decimus, Galatrum, Plaizanum, & Feroletum.

Decimus septimus, Rosarnum cum Castro Sancti Fœlicis.

Decimus octavus, Anoya cum Castris, Anoya superiori, Maropato, & Tritanto.

Decimus nonus, Sanctus Georgius, Polistina, Quinquefron-des, & Melicucchum.

Vigésimus, Gioya, Et Castra Terrænovæ, videlicet Sanctus Martinus, Biziconum, Vatunum, Iotrinolum, Radicena, & Castrum novum.

Vigésimus primus, Seminaria Civitas cum Castro Sanctæ

Annæ.

M

Vi-

Vigésimus secundus, Palmæ.

Vigésimus tertius, Sinopolis cum Castris Sancti Procopii Sanctæ Euphemie, Aquarii, & Sinopolis veteris.

Ex his Stephanaconum aggregatur Montileoni; Mons Sanctus Philocasio; & Capistanum Vallilongæ.

CAP. VIII.

Catalogus Episcoporum Vibonen.
Taurianen. & Militen. Epi-
scopi Vibonenses.

- 1 **S**omanus Episcopus Vibonensis interfuit Conc. Calcedionen. anno 451.
- 2 Ioannes fuit in Conc. Romano sub Papa Symmacho anno 499.
- 3 Rufinus vivebat anno 596. Qui scripsit Divus Gregorius *lib. 5. in d. 4. ep. 40.*
- 4 Venerius cum aliis Episcopis, cognovit causam contra Bonifacium Episcopum Rheginen. anno 599. de mandato eisdem Divi Gregorii, *lib. 7. in d. 2. ep. 47.*
- 5 Papinius, seu Paponianus intervenit in Concilio Romano sub Martino I. anno 649.
- 6 Orestes interfuit Concilio Romano anno 680.
- 7 Hercules successit eidem in eodem anno, prout in dicto Concilio.
- 8 Stephanus interfuit 2. Conc. Nicæno sub Adriano I. anno 787.

EPISCOPI, TAVRIANEN.

- 1 **P**aulino scripsit idem Divus Gregorius anno 591. ut *Reg. lib. 1. index 9. ep. 39.*
- 2 Maximiano commendavit D. Gregorius Ecclesiam Lyparen. anno 592. de quo in *Reg. lib. 2. index ep. 13.*
- 3 Paulinus successit Maximiano sub eodem anno 592. eidem que

- que commendavit idem D. Gregorius dictam Ecclesiam
 Lyparen. *Registr. l. 2. ind. X. epist. 26.* Obiit anno 602. ut
 ex eod. *Reg. l. 11. ind. 6. ep. 17. & 18.*
- 4 Laurentius interfuit Conc. Lateranen. sub Martino I. an. 649.
 - 5 Iustus successit Laurentio eodem anno, & interfuit dicto
 Conc.
 - 6 Paulus fuit in Conc. Constantinopolitano anno 670.
 - 7 Gregorius interfuit Conc. Romano anno 680.
 - 8 Petrus florebat anno 695.
 - 9 Opportunus circa annum 731. vivebat.
 - 10 Theodorus fuit in Concilio Niceno anno 787.
 - 11 Beatus Ioannes, &
 Beatus Gregorius, unus post alterum vixit in nono sæculo.

Post suppressionem Episcopatum Vibonen. & Taurianen. successerunt Episcopi Militenses.

- 1 **A** Arnulphus Guiscardus primus Episcopus creatur à Papa
 Gregorio VII. anno 1073. ut diximus. Sed potius as-
 sumitur ex Archiepiscopato Consentino.
- 2 Diophorus successit anno 1077.
- 3 Gaufridus cum aliis interfuit dedicationi Ecclesie S. Stepha-
 nide Nemore anno 1094.
- 4 Ebrandus florebat anno 1099.
- 5 G. subscribitur cuidam privilegio anno 1100. Iste forsitan
 vocabatur Giraldus.
- 6 Gaufridus II. eligitur anno 1119. Et exemptus à jurisdic-
 tione Archiepiscopi Rheginen. Obiit anno 1122.
- 7 Rainaldus successit sub eodem anno. Et florebat anno 1129.
- 8 Stephanus Episcopus anno 1139. Vivebat anno 1157.
- 9 Arnaldus reperitur subscriptus de anno 1168. in quodam
 documento.
- 10 Anselmus creatur anno 1170.
- 11 I. vel H. Episcopus Militen.
- 12 Nicolaus Episcopus, cui scripsit Innocentius III. anno 1198.
- 13 Petrus obtinet Cathedram anno 1200.

- 14 Rugerius electus 30. Januarii 1222.
- 15 Rivibaldus.
- 16 N. ex Ecclesia Bituntina hinc translatus 22. Aprilis 1252.
- 17 Dominicus florebat anno 1279.
- 18 Frater Deodatus Capuanus Ordinis Prædicatorum confirmatur 25. Septembris 1282. Moritur 1286.
- 19 Sabbas electus à Capitulo, confirmatur ab Honorio III. 12. Julii eodem anno 1286. mortuus anno 1298.
- 20 Andreas Abbas Cisterciensis Monasterii de Nemore, electus dicto anno 1298. defunctus verò anno 1311.
- 21 Manfredus Giffonus Calaber à Monteleone eodem an. 1311. confirmatus, moritur deindè anno 1328.
- 22 Gotifredus Pazzarus Civis, vel potius à Monteleone, electus à Papa Joanne XXII. Moritur anno 1339.
- 23 Dominicus II. vivebat anno 1345.
- 24 Petrus II. Valerianus promotus 2. Julii 1348.
- 25 Thomas Buccamugellus Salernitanus florebat anno 1376. Obiit anno 1383. 8. Januarii.
- 26 Henricus erat anno 1396.
- 27 Andreas II. electus sub eodem anno 1396. Moritur anno 1402.
- 28 Corradus Caracciolus Neapolitanus ex Ecclesia Nicosiensi translatus eodem anno 1402. 2. Octobris, creatur Cardinalis an. 1405.
- 29 Astorgius Aganen. electus an. 1411. 18. Octobris. Tum Episcopus Ravellen.
- 30 Jacobus Monachus Cisterciens. assumptus an. 1413. Mortuus anno 1418.
- 31 Antonius Strada Rheginen. vivebat anno 1420.
- 32 Jacobus II. ordinatur Episcopus anno 1422. vel 1428.
- 33 Dominicus III. moritur anno 1435.
- 34 Antonius II. Sorbillus Civitatis Montisleonis electus 26. Julii 1435. Obiit anno 1466.
- 35 Casar Provisus anno 1467. rexit annos septem.
- 36 Narcissus assumptus anno 1474. 23. Martii, defunctus an. 1478.
- 37 Antonius III. ex Ecclesia Sarnen. ad Militem tr ductus anno 1478. moritur anno sequenti.
- 38 Jacobus III. ex Rubere nepos Papæ Niti IV. promotus anno 1470.
- 39 Franciscus Alodius Inoleni creatur anno 1504. 7. Martii.

Tum

- Tùm translatus ad Ecclesiam Papien. Cardinalis.
- 40 Franciscus II. ex Rubere exaltatus prima Octobris 1505.
- 41 Andreas III. de Valle Romanus ex Ecclesia Cotronen. transfertur ad hanc Mileten. 23. Februarii 1508. Interfuit Concilio Lateranen. anno 1512. Tùm Cardinalis creatus dimisit Ecclesiam aliquibus annis postea. *Vide lib. 3. cap. 4. §. 1. in Bulla Leonis X. in princ.*
- 42 Quintinus de Rusticis electus 17. Julii 1523. Dimisit anno 1566. Interfuit Conc. Tridentino.
- 43 Innocentius Cardinalis de Avalos de Aragonia obtinuit administrationem dictæ Ecclesiæ 21. Augusti dicto anno 1566. Renunciavit anno 1573.
- 44 Joannes Marius de Alexandris Vrbinas. Primùm Episcopus Oppiden. Tùm Militen. assumptus 9. Februarii dicto anno 1573. Translatus ad Ecclesiam S. Marci anno 1585.
- 45 Marcus Antonius de Tufo Neapolitanus ex Ecclesia S. Marci transfertur ad hanc eodem anno, 21. Octobris. Excessit de vita anno 1606.
- 46 Ioannes Baptista Lenus Cardinalis eligitur 4. Julii 1608.
- 47 Frater Fœlix Centinus Asculanus Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci Cardinalis. Assumptus 31. Augusti 1611. Et translatus ad Ecclesiam Maceraten. anno 1613.
- 48 Virgilius Capponus Asculanus Episcopus, assumptus 10. Novembris 1613. Moritur anno 1631.
- 49 Frater Mauritius Centinus Asculanus Ordinis Minorum Conventualium, nepos antedicti Cardinalis, ex Ecclesia Masselubrensi translatus, fit Episcopus Mileten. dicto anno 1631. Obiit in Oppido Palmarum 14. Novembris 1639.
- 50 Gregorius Panzanus Romanus, electus 13. Augusti 1640. Obiit 25. Junii 1660.
- 51 Didacus Maurellus Castellonæus, Consentinus, creatur anno 1661. mortuus 17. Maij 1680.
- 52 Octavius Paravicinus, Patritius Mediolanensis, electus anno 1681. consecratus 18. Maij, & 18. Junii possessionem accepit. Obiit in Civitate Neapolitana 26. Septembris 1693.
- 53 Dominicus Antonius Bernardinus Lyciensis. Primùm Episcopus Castellaneten. & postea Militen. assumptus, die 29. Iulij 1696. possessionem suscepit.

CAP. IX.

De Privilegiis, & facultatibus à Rugerio Magno Comite Calabriae, & Siciliae, nec non & à Summis Pontificibus Abbatiae Sanctissimae Trinitatis Mileti concessis. Ad quam Bibonensis Ecclesiae aliquam partem redegerunt.

§. I.

In Nomine Sanctissimae, & Individuae Trinitatis.

NOtam sit cunctis Ecclesiae Fidelibus, quod Ego Rugerius Calabria Comes, & Sicilia, Divina inspiratus dignatione pro salute animae meae, & Conjugis meae, nec non Parentum meorum, & Domini mei Ducis, fratris videlicet mei, cujus beneficia totius honoris mei summam retineo, construxi Monasterium ad honorem Sanctissimae Trinitatis, Sanctaeque perpetuae Virginis Mariae, atque Sancti Michaelis, aliorumque Sanctorum, quorum ibidem nomina, & reliquia continentur. Terras etiam, & praedia ibidem, Deo servientibus Monachis dedi, & Abbati Ruberto meo consanguineo. Sed & immunitatem, & libertatem auctoritate, & privilegio Domini mei Ducis, atque mea illi dono, & concedo, ut habeant Monachi potestatem, secundum Regulam Sancti Benedicti, Abbatem ex semetipsis eligendi, & constituendi, atque in omnibus, quae supra dicta Ecclesia habet, concessione mea habere potuerit, liberam potestatem, & omnium Presbyterorum pertinencia sua, omniumque Ecclesiarum suarum omnia jura habeant per omnia. Si quis vero fidelium amore Dei, & salute animae meae compunctus eidem Ecclesiae ex suo jure dare aliquod voluerit, Ecclesiasticas possessiones, vineas, terras, domos, villanos, mea, ac meorum libertate concessa,

cum

tam gaudio spiritali, remota omni occasione praebeat. Quae autem in Dedicacione ejusdem Ecclesiae, quae facta est ab Archiepiscopo bohem: D. Arnulfo 4. Kalen. Januarii, Anno ab Incarnatione 1081. Indiēt. 4. Dominante Domino meo Duce Ruberto Guiscardo, à me, vel à fidelibus meis dotis nomine eidem Ecclesiae data, & concessa, sicut subscripsimus. In primis Terram S. Gregorii cum omnibus suis appenditiis. Terram quoque à Castro Mileti usque ad flumen; & sicut hoc flumen ascendit sursum inter divisiones vinearum S. Arcan geli, & Argentini Canonici, & ascendit usque ad monticulam Ragerii Arenae; inde verò descendit usque ad patium Morini, deinde rursum usque in flumine; & sicut ipsam flumen descendit usque ad descensum supradicti Castri; & si aliquid extra praedictos terminos rectè habuerint, concedo, ut pari libertate haberent; & in supradicto Castro septem villanos; & in Mesiano omnia, quae habebam in meo dominio; & in Castellario duos villanos. Abbatiam quoque Sancti Nicolai de Gerentia. In Burciana unam Abbatiam. In Sicilia verò, Ecclesiam Sancti Georgii in Civitate Trajana, cum quadraginta villanis. In Valle demonum, Abbatiam Sancti Basilii, & S. Nicolai, cum pertinentiis eorum; & S. Angeli, cum pertinentiis suis. Serlo verò meus nepos dedit in Serrato septem Villanos; & in Surrato Ecclesiam cum vinea. Scilicet Arnulfus superbus unum piscatorem; & Lampertus alium in eodem loco. Et in Geracio dedit Abbatiam S. Nicomedis. Et Serlo supradictus aliam Abbatiam dedit, & Ecclesiolas, quae ad hanc pertinet Abbatiam, videlicet Ecclesiam Sanctorum Antonii, Leonis, Mercurii, & omnia, quae habebat ibidem, in die, qua Geratium habui, exceptis corporibus Ecclesiarum, quae in Castro ipso sunt. Ansgotus quoque in Policastro dedit quinque villanos. Olmundus autem duos villanos. Ugo verò ejusdem loci cooperatores, & fundatores, dedit in Mileto quatuor villanos, & in Valle demonum quatuor villanos. Praeterea facultatem damus eidem Abbati, Ecclesiae, & Monachis, ut possint facere Ma lendina, & Vastindera, ubi voluerint in loco ipsius Abbatiae, & habeant aquam liberam absque ulla molestia, & tributo. Item da, & concedo eidem Abbati, Ecclesiae, & Monachis, ut perpetuo à Nobis, & à nostris successoribus, & à nostris subditis Baranibus, Burgensibus, & Stratioribus, ut ab Ecclesiis, Diaconis ipsius Abbatiae existentibus in Territorio Abbatiali, tam Graecis, quam Latinis super quibuscunque fructibus, tam rerum immobilium, tam verò animalium, integram decimam recipiant, quemadmodum misericors Deus, Deus praecipit. Item do, & contentus sum, & praecipio, ut dicta Abbatia,

batia, Abbas, Ecclesia, & Monachi, duas Nundinas habeant ante dictam Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis ex hoc tempore in perpetuum, & etiam quæcunque jura ego habebam; & hæc omnia teneant, & potiantur ipsorum successores ad suos usus, & dominium. Item volo, & contentus sum, ut eadem Abbatia, Abbas, Ecclesia, & Monachi possideant liberè siue ullo vestigali, ex hoc tempore omnia illa, quæ donare, & dicare volent, propter spiritualem salutem animarum suarum, nostri subditi, Barones, Burghesii, Stratiota, tam villanos, quam possessiones. Volo, & firmiter precipio omnibus nostri dominiis, ut omnes homines, & villanos, quos dicta Abbatia habet, & Nos dedimus, & confirmavimus, possit tenere cum omnibus rebus, & pertinentiis suis, absque ulla servitute, vel tributo, tam quæ nostri juris erant, quam Baronum, & Burghesium, eisque subditorum, ut libera sint, & immunia, possidenda ab eadem Abbatia, Abbate, & Monachis in pace, & tranquillitate. Et ubi homines habent, tam nostri dominiis, & subditorum nostrorum, volumus, & facultatem damus Abbatibus ejusdem Abbatia, & futuris Locumtenantibus eorum, ut possint habere Bancum, & Iudicem, & judicent eos, scilicet subditos suos, nec ullus alius eos judicandi facultatem habeat. Etiam volumus, & contenti sumus ad hæc omnia, ut possint Juis in locis suscipere sibi commendatos homines. Et jam, præter hæc, sedulo, & ex corde precipio Baronibus, Burghesiis, & Stratiotis, Archiepiscopis, Episcopis, & Rectoribus nostri Dominiis Calabria, ut cum Abbas, Monachi, & eorum successores, vel Clerici dicta Abbatia volent ex arboribus montium nostrorum ligna cadere, propter Ecclesiam Sanctissimæ Trinitatis, liberè possint incidere absque ullo tributo. Similiter omnia animalia Abbatibus, Monachorum, vel Clericorum ejusdem Abbatia, videlicet boves, oves, equos, sues, possint per totum territorium Calabriae mittere ad pascua, & herbaria prata absque ullo tributo. Præterea hæc omnia jubemus eas liberas esse omni exactione, vel molestia, ita ut alicui ne damnum quidem solvere teneantur. Etiam precipio omnibus Dominis nostris Baronibus, Burghesiis, & Stratiotis, & Rectoribus, ut reveantur, honorent, & obediant Abbati, & successoribus ejus tamquam Patri spirituali. Et si quis contrarium audebit in rebus, ad dictam Abbatiam spectantibus ad Abbatem, & Monachos, vel dicto Abbati, & successoribus non obediet, hujusmodi hominem jubet anathematizari. Item si quis has res omnes, quas dedi, confirmavi, & corroboravi volet evertere, alterare etiam latissime, aut auferre audebit, nisi se statim emendaverit, habeat

anathema à Patre, Filio, & Spiritu Sancto, & à trecentis decem, & octo Deiferis Patribus, & una cum Diabolo in ignem aeternum damnetur, & sentiat nostram indignationem.

His omnibus, ut supra, scriptis, etiam aliud adiungimus, quod firmiter tenere precipimus; scilicet, ut quicumque extranei homines in dicta Abbatis manere voluerint, vel in Villa Mileti, vel in omnibus Ecclesiæ memoratis pertinentiis omnino retineant, nisi in Plateis Dominorum suorum scripti inveniri potuerint, qui rectè ideo, ac firmissimè adhuc ratione eos recuperare valeant; Abbatibus, & Monachorum præcepto, nullo horum seculari eorum præpediente, quamdiu voluerint sub Ecclesiæ Dominio demorentur; Aliud quoque tenendum sine retractatione constitui, & per obedientiam precipio, ut in supradicta Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Mileti, quam, ab ipsis fundamentis erecta, dotis munere ditare cupio, omnes mei heredes, (ipsis huic præcepto meo in vita sua annuentibus) mecum sepulti requiescant. Hæc autem omnia, ut prædiximus ad majorem confirmationem, & corroboracionem signavi banc auream meam bullam aureo meo sigillo; ac etiam illam firmamus, & corroboramus testimonio subscriptorum testium. Si quis autem temerario ausu de his omnibus, quæ prædiximus, violare aliquid aut diminuerè voluerit, pars illius habeatur cum Diabolo, & Angelis ejus. Amen. Anno Domini nostri Jesu Christi 1091. Die 15. Mensis Februarii. Mileti.

Rubertus Dux. Rugerius Comes. Arnulphus Episcopus. Ansgottus Serlo. Gulielmus Ansgottus. Rubertus Silvanus. Rubertus de Gasconia. Hugo Baldulfi. Hugo filius Hercuti. Olmundus Carbonellus. Rubertus Bandulfi. Rugerius Dux. Arnulphus Superbus. Rugerius filius Olmundi. Antihetitus de Musel. Rodulfus filius Emigesi.

§. II.

In Nomine Sanctæ, & Individuæ Trinitatis . Anno ab Incarnatione 1101. Indict. 11. Decimo Mensis Junii .

*Vel potius 1087. Vide
infra Cap. X.*

Notum sit cunctis meis successoribus, & universis fidelibus, qui hoc nostrum Privilegium viderint, quod Ego Rugerius Comes Calabria, & Sicilia, Divina inspiratione instigatus, pro salute animæ meæ, & Conjugis meæ Adelfia, & pro animabus Patris, & Matris meæ, omnium propinquorum meorum, & Domini mei Ducis, Fratris videlicet mei, cujus beneficio totius honoris mei summam retineo, construxi Abbatiam ab ipsis fundamentis, temporibus meis, cum uxore mea Adelfia, & cum filiis meis, videlicet Goffrido, & Jordano in Civitate Mileti ad honorem Sanctæ Trinitatis, Sanctæque perpetuæ Virginis Mariæ, & B. Archangelis Michaelis, & Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, atque omnium Sanctorum, quorum ibidem nomina, & reliquia continentur. Ibi que secundum Dei gratiam communi consilio Fratrum, & conscientia etiam uxoris meæ, & filiorum meorum, Abbatem constitui nomine Rubertum, consanguineum meum, cui, & ejus successoribus dedimus Ego, & uxor mea, & filii mei, Goffridus videlicet, & Jordanus, Rugerius, & Simeon, terras, & prædia, quæ secundum divisiones, quæ infra scriptæ sunt, concessa etiam à Nobis prædicto Monasterio tali libertate, ut quando Fratres, vel major pars Fratrum junioris consilii, secundum Dei timorem, & Regulam Patris Benedicti eligere voluerint, Abbas ibidem eligatur, & constitutur, atque in omnibus, quæ supradicta Ecclesia habet nostra concessione, vel habere poterit, seu aliarum personarum liberalitate, vel quorumlibet fidelium oblatione acquisierit, liberam habeat potestatem omnium suarum Ecclesiarum veram, & cunctorum honorum, seu Clericorum sua pertinentiæ, liberè, & absolurè habeat. *Addimus*

mus quoque, ut dictam Monasterium, & omnes ejus obedientia ab omni seculari servitio, & oppressione mundana removeantur, ut Sanctam in Domino Religionem, Monachi ibidem Deo servientes quietè valeant observare, nec ulli nostrum, vel nostrorum successorum aliqua occasione in seculari servitio subripiantur: Charitatis tamen intuitu unum panem, & unam justam vini, & non amplius Nobis, & nostris successoribus prabeant quotiescunque ad præfatum Monasterium, & ejus obedientias veniemus. Quæ autem à Nobis eidem Ecclesiæ data sunt, & concessa, hæc subscripsimus. In primis terram à Castro Mileti prædictæ Civitatis, & sic aliquod extra prædictos terminos usque ad flumen ascendit, si hoc flumen sursum inter divisiones vinearum S. Archangeli, & Argenti Canonici, & ascendit usque ad monticulum Rugerii de Arèva: Idem verò descendit usque ad puteum Morini; deinde rursum usque in flumen, & si ipsum flumen descendit ad usque descensum prædicti Castri, & si aliquod extra prædictos terminos rectè habent. Concedimus etiam parem libertatem habendi à Nobis, & nostris successoribus, non teneantur in aliquo esse subiectos, videlicet in pascuis, vel in venationibus, & in incisionibus lignorum, & in foribus nostris possint omnia liberè, & absolutè exercere in tota terra nostra ad utilitatem prædicti Monasterii. Sic insuper, quæ oblata à Nobis cognoscimus, & Baronibus nostris, quæ inferius particulariter distinguuntur. In primis dedimus præfato Monasterio Castellariam, cum Bibona, portum tonnariæ, & cum omnibus eorum pertinentiis, videlicet culturis, & vineis, sicut ego una die, & una nocte tenui in meo dominio liberè, & absolutè, & franchè sine aliqua contradictione. Istæ verò sunt divisiones à capite Fluminis Trayniti, quæ vocatur Campuli, sicut ipsum flumen descendit ipse, qui vocatur Trayniti usque ad mare. Iterum autem incipit super Campuli, & vadit ad locum qui dicitur Catasfragium. Idem verò ascendit per Vallonem, quæ est ante Saranum contra orientem, & descendit usque ad flumen, quod est in divisione Castellarii, & S. Gregorii, & ad descensionem fluminis usque ad locum, qui vocatur Condufragia; deinde vadit usque ad flumen, quod descendit de Platipori. Idem verò ascendit ad locum, qui dicitur Stephanaconi, & inde ad montem Bibonæ vadit supra S. Honuprium, usque ad locum, qui vocatur asirus, & inde descendit, claudit, & descendit usque ad mare. Præterea dedimus ei terram S. Gregorii, cum omnibus juribus, & pertinentiis suis, quæ scripta sunt in tabula Monasterii prædicti, sigillata nostro sigillo plumbeo. In Messiano omnia, quæ pro meo habe-

ham dominio. Abbatiam S. Nicolai de Gerentia in Burciano. Abbatiam unam in terra Geracii. Abbatiam S. Nicodemi de Pateras; & Sanctam Crucem, quæ posita est intus terram Geracii, quæ prædicta Ecclesia oblata cognoscimus prædicto Monasterio ab Audarena Consobrina nostra, cum omnibus iuribus, & pertinentiis eorum, quæ scripta sunt in tabula Monasterii prædicti, sigillata nostro sigillo prænominato; & quandam aliam Ecclesiam, quæ dicitur S. Petri, quæ posita est extra terram Germii, cum iuribus, & pertinentiis suis, quæ distinguuntur inferius. Ex parte levantis est wallonus, qui dicitur S. Petri, & incipit ab Ecclesia prædicta, & vadit ad locum, qui dicitur Petrasforata, & ascendit per quendam lapidem magnum, qui dicitur Plata, & vadit recte contra ponentem usque ad collem, qui dicitur Collesforti. Deinde postea descendit ex parte meridiei per prædictam terram Collesforti, & vadit per viam publicam per ferriam, qui dicitur Azusa, & vadit usque ad flumaream Sancti Pauli, & iterum venit ad prædictum lapidem foratum, & descendit, usque ad prædictam flumaream S. Pauli. Hi sunt fines istarum possessionum. Aliæ verò possessiones scriptæ sunt apud Castellum vetus, Ecclesiam S. Nicolai de Canonicis, & S. Ioannis de Alaro, & S. Maria de Melitano cum iuribus, & pertinentiis suis, quæ scripta sunt in tabula Monasterii in alio privilegio, quod eidem Monasterio fecimus. In Sicilia Ecclesia S. Georgii de Trabina, cum quadraginta villanis. In Valle Demonii Abbatiam S. Basilii, & S. Nicolai, & S. Angeli cum iuribus, & pertinentiis eorum, quæ scripta sunt in tabula Monasterii prædicti. Insuper dedimus prædicto Monasterio villam Mistretta cum Castro, & nemoribus, & saltis aquarum molendinorum, & herbariis, & villanis, & vassallis, & omnia alia bona, quæ ego habebam in meo dominio. Et ibidem propè prædictam terram Mistretta Ecclesiam S. Stephani cum villanis, & vassallis, & cum omnibus aliis iuribus, quæ distinguuntur in alio privilegio nostro. Item dedimus villam Terminorum cum balneis, & cum aliis iuribus suis, & medietatè Tonnariæ nostræ S. Georgii. Insuper concessimus, ut prænominatus Abbas, & ejus omnes Successores, omnes consuetudines, & omnia alia iudicia terrena, quæ Regibus, & Principibus terrenis in tota nostra Terra Monasterii, & omnium suarum obedientiarum pertinere solent, siue alicujus contradictione, liberè, & absolutè in sua potestate, habeant. Item dedimus eidem Monasterio quoddam Casale, quod dicitur S. Petri de Tragena situm in plano Melatii. Item Thesalonum S. S. Cosmæ, & Damiani, & S. Anastasia cum iuribus, & pertinentiis eorum, quæ

*qua distinguuntur in tabula Monasterii prædicti. Aliud quoque
 adjungimus, quod firmiter tenere præcipimus, ut quicumque extra-
 nei homines in tota Terra Ecclesiæ, & omnium suarum obedientia-
 rum manere voluerint, & in Villa Mileti, & in omnibus pertinenti-
 iis nominata Ecclesiæ, & suarum obedientiarum, nisi in plateis
 Dominorum suorum scripti fuerint, Abbatibus, & Monachorum, præ-
 cipimus nullo homine seculari eos impediendo, quamdiu voluerint
 sub Ecclesiæ Dominio demorentur, ut nullus Straticotus, vel Baju-
 lus, nisi illi, qui dictæ Ecclesiæ fuerint, constringendi, vel deprehen-
 dendi illos habeant potestatem, nisi eum in suo sigillo monstraverint.
 Præterea nullus Græcus, vel Latinus aliquam præsumptionem ca-
 lumniandi aliquid ab Ecclesiæ sumere videatur, sine Abbatibus, &
 Monachorum consensu, nec suum esse dicere præsumant, nisi, ut su-
 pra diximus, in suo sigillo firmissimo rationem monstraverint. His
 igitur omnibus sic ordinatis præfatum Monasterium cum omnibus
 suis obedientiis, & pertinentiis, quas nunc habebat, vel habiturum
 erat obtulimus. Beato Petro, & Sanctæ Apostolicæ Sedi per manus
 Domini Papæ Urbani II. Statuentis, ut nulli alii subiectum esse
 Monasterium, nisi Romanæ, & Sanctæ Apostolicæ Sedi. Dominus
 verò Papa, videns hanc nostram constitutionem, & donationem,
 laudabiliter esse factam, gratiam suæ benedictionis Nobis tribuit,
 & nostram constitutionem, & donationem, tam temporaliter, quam
 spiritualem in perpetuum confirmavit, & roboravit, atque omnes
 illos excommunicavit, & maledixit, & à Sacratissimi Corporis, &
 Sanguinis Domini separavit, qui hanc nostram constitutionem, &
 donationem tam bene factas unquam violare, vel destruere, vel ali-
 quid inde revocare præsumerent, & Monasterium, & omnes ejus
 obedientias aliquo modo perturbare, nec in aliquo seculari servitio
 præpedirent, & Abbatibus, & Monachis hujus Monasterii inde con-
 gruam satisfactionem, & emendationem facerent. Illos autem, qui
 hanc nostram Constitutionem, & donationem laudabiliter esse fa-
 ctam custodierint, & conservaverint, Monasterio, & ejus obedien-
 tiis aliquid beneficii tribuerint, benedixit, & de omnibus suis ora-
 tionibus participes fecit. Attendentes itaque gratum, quod nobis
 contulerit Dominus Papa, constituimus, & sine retractatione te-
 nendum, & per obedientiam firmiter præcipimus, ut in supradicta
 Ecclesiæ, quam ab ipsius fundamentis ditare cupimus, omnes mei hæ-
 redes mecum sepulchri requiescant. Et quicumque hanc nostram Con-
 stitutionem aliquo modo infringere, aut perturbare voluerit sit ma-
 ledictus ex parte Dei Omnipotentis, & B.M. semper Virginis, &
 Bea-*

Beati Michaelis Archangeli, & omnium Sanctorum; & pars illius cum Diabolo, & Angelis ejus habeatur. Ille autem qui hanc nostram donationem, & Constitutionem, observaverint sit pax, & benedictio Domini, ut hęc fructus bonę vitę percipiat, & in futura, præmia aterna Patrię inveniat. Unde ad futuram memoriam, & cautelam prædicti Monasterii, & ut sit firmum, & ratum, nostro sigillo plumbeo sigillari fecimus, & testimonio subscriptorum confirmamus, & roboramus. † Signum Ruberti Ducis. † Signum Rugerii Comitis. † Signum Arnulphi Archiepiscopi. † Signum Agotti. † Signum Serlonis. † Signum Gulielmi Stragoti. † Signum Ruberti Silvani. † Signum Ruberti de Guasconia. † Signum Ugonis Gardulphi. † Signum Ugonis filii Eneti. † Signum Gismundi Carbonelli. † Signum Ruberti Galdulphi. † Signum Rugerii Perner. † Signum Raymundi Superli. † Signum Rugerii Filii Gismundi. † Signum Archirelli Demen. † Signum Radulphi Filii Energi.

§. III.

Alexander Episcopus Servus Servorum Dei. Dilectis filiis Imberto Abbati Meliten. Monasterii, quod in honorem Sanctę Trinitatis, & B. Michaelis Archangeli ædificatum est, ejusque Fratribus, tam præsentibus, quam futuris regularem vitam professis in perpetuum.

Cum omnibus Ecclesiasticis personis debitores, ex injuncto nobis à Deo Apostolatus officio, existamus, illis tamen locis, atque personis, quę specialius ad Apostolicam Sedem spectare, ac ex Römanti Pontificis ordinatione pertinere noscuntur, propensiori nos convenit charitatis studio imminere, & eorum justis votis clementer annuere. Ea propter dilecti in Domino filii, vestris justis postulationibus clementer annuimus, & præfatum Monasterium, quod ab illu-

illustris memoria Rogerio Comite à fundamētis constructum, & per manum felicitis recordationis D. Urbani prædecessoris nostri Papæ II. Beato Petro, & Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in jus proprium, & tutelam oblatum esse dignoscitur, ad exemplum prædecessorum nostrorum Sanctæ memoria Paschalis, Innocentii, & Eugenii Romanorum Pontificum sub Beati Petri, & nostra protectione suscipimus, & præsentis scripti patrocínio communimus. Statuentes, ut quascunque possessiones, quacunque bona idem Monasterium in præsentiarum justè, & canonicè possidet, aut in futurum concessione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, seu aliis justis modis, præstante Deo, poterit adipisci, firma vobis, vestrisque successoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc propriis duximus exprimenda vocabulis. In territorio Miteten. Villam S. Gregorii, & ibidem Ecclesiam S. Nicolai; Ecclesiam S. Georgii de Briatico; S. Joannis de Brachio; S. Mariæ de Medina; S. Mariæ, & S. Clementis de Arena; S. Mariæ de Stylo; S. Joannis, & S. Nicolai de Gerentia. In Civitate Geracii tres Ecclesias, Monasterium S. Nicodemi de Patera; Ecclesiam S. Nicolai de Falla, cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Mariæ de Montor, cum pertinentiis suis; Ecclesiam S. Petri in Terra Bibona, quam tenuit Romeus. Apud Castellum vetus, Ecclesiam S. Nicolai de Canonicis; Ecclesiam S. Joannis, & S. Mariæ de Melicano. In Civitate Squillatio; Ecclesiam S. Martini; Sancti Nicolai de prædicto. In pertinentia Agelli Ecclesiam S. Philippi; S. Mariæ de Ponticella; S. Laurentii; S. Hippoliti. In territorio Alimantia Ecclesiam S. Angeli de Strictio; S. Barbara; & S. Petri. In territorio fluminis frigidi; Ecclesiam S. Nicolai de Turiano; Ecclesiam S. Philippi. Apud Montemaltum, Ecclesiam S. Cassiani; S. Nicolai de Macce de Trabe; juxta Mammurgitem, Ecclesiam S. Georgii, Sancti Nicolai de Regina. In territorio Sancti Martini Ecclesiam Cathaldi. In Sicilia Ecclesiam Sancti Joannis, Sancti Georgii de Moae, Sancti Joannis de Caltanisset, Sanctæ Barbaræ de Calatebutor, Sancti Nicolai de Caca, Sancti Joannis de Roccamaris de Cephalodio cum pertinentiis suis, Ecclesiam Sancti Anastasii de Grateriis, Sanctorum Innocentium de Mistreto, Sancti Stephani, Sancti Basilii de Naso, Sancti Nicolai de Butaria, Sancti Angeli, Sancti Georgii de Traina, Sanctæ Mariæ de Maura, Sancti Petri de Melatio, & partem Oppidi, quod Messanum dicitur, quota à suprascripto Comite præfato Monasterio Sanctæ Trinitatis, & Sancti Angeli oblata dignoscitur, quemadmodum eandem partem in præsentiarum legitime possidetis.

Ca-

Cajellarium cum territorio suo, sicut in oblatione dictus Comes tenebat, Villam Bibona cum portu suo, & proximam Comitis tonnariam; sepulturam quoque ipsius loci liberam esse concedimus, ut eorum devotioni, & extremæ voluntati, qui se illic sepeliri deliberaverint, nisi fortè excommunicati, vel nominati interdicti sint, nullus obsistat; salva tamen justitia latinarum Ecclesiarum, à quibus mortuorum corpora humantur. Missas autem, seu stationes publicas in eodem loco, præter Abbatis, & fratrum voluntatem, fieri prohibemus, ne in servorum Dei secessibus popularibus occasio præbeatur alla conventibus. Sanè novatum unum vestris propriis manibus, aut sumptibus colitis, sive de nutrimentis vestrorum animalium, nullus à vobis decimas præsumat exigere. Chrisma verò, Oleum Sanctum, Consecrationes Altarium, seu Basilicarum, ordinationes Monachorum, vel Clericorum, qui ad Sacros Ordines fuerint promovendi à quocunque malueritis Catholico recipiatis Episcopo. Ad dicimus autem, ut nulli Episcoporum facultas sit absque licentia Romani Pontificis, loca vestra, vel Monachos, seu Clericos inibi commorantes interdictioni, vel excommunicationi subiacere, aut aliquam potestatem, vel molestiam exercere. Obeunte verò te, nunc ejusdem loci Abbate, vel tuorum quolibet successorum, nullus ibi qualibet subreptionis astutia, seu violentia præponatur, nisi quem Fratres communi consensu, vel Fratrum pars consilii sanioris secundum Dei amorem, & Beati Benedicti Regulam providerint eligendum, ab Apostolica Sedis Pontifice benedicendum. Hoc quoque præsentì capitulo subjungimus, ut idem Monasterium, & ejusque possessiones, & Monachi ab omni seculari servitii sint infestatione securi, omni que gravamine mundana oppressionis remoti, in Sanctæ Religionis observantia seduli maneant, & quieti, nec ulli alii, nisi Romanæ, & Apostolicæ Sedi, cujus juris sunt, aliqua teneantur occasione subjecti. Ad hæc, obedientiam, & devotionem vestram, quam circa Sacrosanctam Romanam Ecclesiam, & specialem erga personam nostram geritis, attendentes; & quod Monasterium vestrum specialiter ad jurisdictionem Beati Petri, & provisionem nostram subjectum sit nihilominus considerantes, tibi filij Abbas, tuisque successoribus usum mitra, & anuli auctoritate Apostolica indulgemus: Altero quorum, mitra videlicet, infra missarum solemnia, & in magnis processionibus Monasterii tui, & in Consiliis Romanorum Pontificum tantum vobis uti licebit. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat supradictum Monasterium temerè perturbare, aut ejus possessiones auferre, vel ablatas retinere,

minuere, seu quibuslibet vexationibus fatigare; sed illibata omnia, & integra conseruentur eorum, pro quorum gubernatione concessa sunt usibus omnimodis profutura, salva Sedis Apostolicæ auctoritate. Ad iudicium autem hujus percepta à Romana Ecclesia libertatis, auri unam unciam Nobis, Nostriisque Successoribus annis singulis persolvetis. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica, secularisque persona hanc nostræ constitutionis paginam sciens contra eam temerè venire tentaverit, secundò, tertiove commonita, nisi præsumptionem suam digna satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui dignitate careat, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, & à Sacratissimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat, atque in extremo examine districtæ ultioni subjaceat. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus si per Domini nostri Jesu Christi quatenus, & hinc fructum bonæ actionis percipiant, & apud districtum Judicem præmia aeternæ pacis inueniant. Amen.

Sanctus Petrus Sanctus Paulus

Alexander Papa Tertius.

Vias tuas domine demonstra mihi.

Ego Alexander Ecclesiæ Catholicæ Episcopus.

Ego Ubalduſ Hostienſis Episcopus.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Anastasiæ.

Ego Joannes Presbyter Cardinalis tituli S. Marci.

Ego Cleodinus Presbyter Cardinalis S. Vitalis tituli Vestinæ.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli Sanctæ Sufannæ.

Ego Petrus Presbyter Cardinalis tituli S. Chrisogoni.

Ego Viccianus Presbyter Cardinalis tituli Sancti Stephani in Cælio monte.

Ego Cinthius Presbyter Cardinalis tituli S. Cecilie.

Ego Arduinus Presbyter Cardinalis tituli S. Crucis in Hierusalem.

Ego Matthæus Presbyter Cardinalis tituli S. Marcelli.

Ego Jacobus Diaconus Cardinalis.

Ego Ard. Diaconus Cardinalis S. Theodori.

Ego Laborans Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Portico.

Ego Ramirius Diaconus Cardinalis S. Georgii ad velum aureum.

O

Ego

Ego Gratianus Diaconus Cardinalis SS. Cosmæ, & Damiani.

Ego Joannes Diaconus Cardinalis Sancti Angeli.

Ego Matthæus Sanctæ Mariæ Novæ Diaconus Cardinalis.

Datum Lateran. per manus Alberti S. R. E. Presbyteri Cardinalis, & Cancellarii XIII. Kalendas Aprilis, Indictione XII. Incarnationis Dominicæ anno 1178. Pontificatus Domini Alexandri Papæ III. Anno XX.

§. IV.

URbanus II. Paschalis II. Innocentius II. Eugenius II. dictus Alexander III. Gregorius X. Nicolaus III. Joannes XXII. Summi Pontifices Romani acceptarunt, & confirmarunt Privilegia Abbatia.

Clemens VI. Urbanus VI. Bonifacius IX. Eugenius IV. Sixtus IV. Innocentius VIII. Paulus III. Julius III. alienationes bonorum Abbatia irritas declararunt, eidemque restituenda curarunt.

Rubertus, Joanna, Ludovicus, Margarita, Ladislaus, Alphonsus, & Ferdinandus Reges, non solum tutati sunt bona, jura, & privilegia Abbatia, sed etiam pluries compulerunt injustos detentores ad restitutionem, damnatis per edicta, & bandimenta perturbatoribus jurisdictionis Abbatialis.

Bulla Pontificum, Regum edicta, & bandimenta sunt in archivio Collegii Græcorum de Urbe.

C A P. X.

Ubi Abbatia nunc jurisdictionem exercent
Et de ipsam Gubernantium
mutatione.

Exercent modo Abbatia jurisdictionem quasi Episcopalem in partem Urbis Miletî, in Pagos Arzonæ; Pizzinni; S. Gregorii Superioris; & de medio, qui dicitur S. Nicolaus; Zammaro; Piscopii; Vena Superioris; & Inferioris; Triparonii; S. Petri de Bivona; Longobardi; & Gramasta. In tota Diocesi sunt ferè quatuor ho-

hominum millia . Reditus Abbatiae excedunt quatuor mille nummos aureos; Sed olim, ut fama est, cum Episcopatus fructibus pari passu ambulabant. Omnes Ecclesias, Pagosque, atque redditus, quos in Sicilia habebat, & recensentur in donationibus Comitis Rogerii, & in bulla Alexandri III. Summi Pontificis, vel injuria temporum, vel commutationibus habitis, Abbatia amisit; Sicut amisit jurisdictionem in partem Montisleonis, scilicet in tota Parochia S. Mariae de Succurso, habita commutatione cum ipsa Episcopali Curia Militensi, *vid. lib. 3. cap. 4. §. 19. & ult.*

Amisit etiam jus constituendi Archidiaconum in Cathedrali Militensi, & dicebatur Archidiaconus Montisleonis, & Canonicus Militensis. Vide *Franciscum Ruffo . Discorso della famiglia Giffone. Neapoli 1703. pag. 27.*

Superfunt adhuc antiquae Monachorum Grancia . Apud Ayellum Grancia S. Nicolai *della Regina*, & S. Philippi, cui sunt adjunctae Ecclesiae S. Mariae de Ponticella, Sancti Laurentii, & S. Hippoliti, quae Grancia donata fuit à Comite Rugerio anno 1089. Huic Granciae est annexa Ecclesia S. Cassiani cum omnibus suis bonis in Comitatu Montisalti quam donavit Ecclesiae S. Angeli de Mileto Drogo de Montalto anno 1171; Quas donationes confirmavit Alexander Papa III. anno 1178.

Apud Geracium, Grancia sub invocatione S. Crucis, & omnium Sanctorum, cui sunt annexae Ecclesiae S. Nicodemi de Patara, & S. Crucis. Et haec Grancia donata fuit Abbatiae ab Audorena Rugerii Consobrino, & ab ipso confirmata. Quam donationem confirmavit idem Papa, eodem anno.

Apud Castellum vetus Grancia sub invocatione S. Mariae de Milicavo, S. Joannis de Alaro, & S. Nicolai de Canonicis . Quam donata fuit à Comite Rugerio . Quam donationem confirmavit idem Papa, eodem anno.

Apud Seminarium Grancia Sanctissimae Trinitatis, quae perpetuo unita fuit Abbatiae Militensi ab Eugenio IV. cum omnibus suis redditibus, & pertinentiis. Et Abbatia S. Joannis in Lauro, seu in Labra, olim Ordinis S. Basilii, in eodem territorio Seminarie, perpetuo fuit unita Abbatiae Militensi ab Urbano VIII. anno 1623. cum omnibus suis redditibus, & pertinentiis.

Apud Terram Quinquefrondium Grancia S. Mariae de Mungia. Denique plurimae culturae in littore Bibonensi; apud Sanctum Gregorium Miletis; aliisque Pagis.

Clerici initiandi prima tonsura, vel suscepturi minores, &

majores Ordines habent dimissorias à Patre Vicario Generali Abbatiae. Sublatis Monachis, ut statim dicitur, qui Abbatiali Ecclesiae serviebant, suffecti sunt Presbyteri, & Clerici. Ex his octo Cappellani quotidie horas Canonicas, Vesperasque cantant in Choro. Solemne Sacrum Singulis diebus faciunt in Ara maxima pro Anima Comitis fundatoris; & post Vesperas ad ejus Sepulchrum Sacris defunctorum precibus parentant.

Primus Monasterii Abbas fuit Rubertus, Comitis Rugerii consanguineus. Hujus successores, bona, redditus, jura, Privilegia, & dignitatem Abbatiae à Comite Rugerio, & aliis donata, & per Summos Pontifices firmata, & aucta, per quadringentos fere annos, copioso Monachorum numero sustinuerunt. Verùm imminuto eorum numero, laxata forsitan legum Monasticarum observantia, & distractis temporum injuriis pluribus bonis, redditibusque, à Summis Romanis Pontificibus Abbates Commendatarii Abbatiae praefecti sunt.

Primus Abbas Commendatarius fuit D. Julianus Barresius, Clericus Cathanensis Commendatarius intrusus.

D. Innicus de Guevara Commendatarius.

D. Joannes Centeglias Commendatarius. Hi tres ab anno 1440. ad 1472.

Joannes de Aragonia Abbas Commendatarius, filius Regis Ferdinandi creatus Cardinalis à Sixto IV. Obit anno 1485.

D. Joannes de Viterbio Episcopus Crotonensis.

Andreas de Valle Romanus; primo Episcopus Crotonensis, deinde Militenensis, creatus Cardinalis à Leone X. Obit anno 1534.

Andreas Matthæus Palmerius Neapolitanus, creatus Cardinalis à Clemente VII. Obit anno 1534.

Joannes Vincentius Palmerius Neapolitanus Eques Sancti Iacobi de Spata.

Guido Ascanius Sforzia Romanus, creatus Cardinalis à Paulo III. Obit anno 1564.

Alexander Sfortia Romanus, creatus Cardinalis à Pio IV. Obit anno 1581.

Gregorius XIII. Summus Pontifex è familia Boncopagna Bononiensis, omnium gentium Pater amantissimus, miseratus Graecae nationis calamitates Turcharum tyrannide oppressae, Collegium Romae fundavit anno 1577. in quo graeci adolescentes pietate, literis, & in Sedem Romanam obsequio imbuerentur. Huic Collegio Abbatiam Militensem Sanctissimae Trinitatis cum omnibus

bus bonis, redivitibus, & privilegiis perpetuo univit anno 1581. eidemque Collegio, & Abbatia Proteutores deputavit Iacobum Cardinalem Sabellum, Gulielmum Cardinalem Sirletum, Iulium Antonium Cardinalem Sanctorum, & Antonium Cardinalem Carafam.

Inter Proteutores numeratur Maphæus Barberinus, creatus Cardinalis à Paulo V. denunciatus Summus Pontifex anno 1623. Hic univit perpetuo Abbatiam S. Iohannis in Lauro, seu in Labra dicto Collegio, ut supra dixi.

In præfenti Protektor, administrator, & Iudex Abbatia, est Eminentissimus Cardinalis Spada.

Comproteutores sunt Eminentiss. Cardinalis Panfatici, & Eminentiss. Cardinalis in pectore Sanctitatis sive.

Tum Abbates Commendatarii, tum Cardinales Proteutores præferunt Miletii suos Vicarios Generales, qui jurisdictionem spiritualem exercerent. Primis temporibus vicarias vices obierunt Regulares aliquot, præsertim Ordinis Prædicatorum, & Presbyteri Sæculares. Ab anno 1622. Patres à Societate Iesu,

Cum Abbatia, habens territorium separatum, sit nullius Diœcesis, convocat, cogitque Synodos, examinatores Synodales eligit, & jurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos exercet, ut in suo Brevis Dat. 11. Novembris 1623. afferit felicitis memorie Urbanus VIII. Pont. Max. plures indixit, & coegit Synodos, quarum Constitutiones, & Decreta adhuc extant.

Anno 1574. Vicario F. Jo: Baptista Malenconico, Abbate Commendatario Alexandro Cardinali Sforzia, celebrata fuit Synodus in Ecclesia Abbatiali Militensi.

Anno 1583. Vicario D. Cæsare Trichilio, Protektore Julio Antonio Cardinali Sanctoro. Ibidem.

Anno 1592. Vicario D. Matthæo Bonamico, Protektore eodem. Ibidem.

Anno 1617. Vicario D. Joanne Francisco Petrolillo, Protektore Benedicto Cardinali Justiniano, in Ecclesia S. Michaelis Piscopii.

Anno 1620. Vicario D. Geminiano Ansalone, Protektore Benedicto Cardinali Justiniano, in Abbatiali Ecclesia Militensi.

Anno 1628. Vicario P. Augustino Caputo Societatis Iesu, Protektore Lelio Cardinali Biscia.

Anno 1632. Vicario P. Francisco Cantera Societatis Iesu, eodem Protektore.

Anno

Anno 1636. Vicario P. Francisco de Judice Societatis Jesu, eodem Protectore.

Anno 1639. Vicario P. Francisco Antonio de Buffis Societatis Jesu, Protectore Alexandro Cardinali Cæsarino.

Anno 1642. Vicario eodem, eodemque Protectore.

Anno 1651. Vicario P. Francisco de Ioanne Societatis Iesu, Protectore Paulo Emilio Cardinali Rondavino, in Ecclesia S. Michaelis Piscopii.

Anno 1675. Vicario P. Alexandro Dezza Societatis Iesu, Protectore Cæsare Cardinali Raspono, in Ecclesia S. Mariæ S. Gregorii Superioris.

Anno 1690. Vicario P. Iosepho Tranfo Societatis Jesu, Protectore Fabricio Cardinali Spada, in Ecclesia S. Mariæ de Sanitate.

Anno 1698. Vicario P. Didaco Calcaneo Societatis Iesu, Protectore eodem, in Ecclesia S. Michaelis Archangeli Pagi Piscopii.


Hæ sunt, Cives carissimi, nostræ Civitatis inopinatæ mutationes, & licet multa de Republica, & Urbe benè instituenda à summis, & præstantibus viris nostris Civibus prudenter sint excoGITATA, & ad posteritatem doctissimis scriptis transmissa, quorum commentaria, & politica præcepta multi ex Magistratu libenter legebant, & amplectabantur, tamen optatam bonæ Reipublicæ formam assequi nequibant, sed cum dolore, & gemitu quandoque tolerare cogebantur, quod non optima consilia in Urbe nostra prævalebant. Quo quidem ipso monemur, ut non nobis, & humanæ tantum prudentiæ, sed divini nominis gloriæ omnem bonæ gubernationis honorem adscribamus. *Nisi, enim Dominus custodierit Civitatem, frustra vigilas, qui custodit eam.* Et hac quidem ratione, Regna, Urbes, & Republicæ manes, & labores suos perferunt, fatumque suum, hoc est, ruinam, & interitum consequuntur.

L. Florus populi Romani, & Urbis Romæ quatuor ponit ætates, infantiam tribuit gubernationi Regum; crescentem verb, & adultam Consulibus: Ut enim hominum ætates annorum accessione mutantur; ita civilibus societatibus, florentem, maturam, & senescentem ætatem, scriptores alii, cum *L. Floro*, attribuunt; senilem, & decrepitam, fatalem Urbium everisionem nuncupantes.

Ego iustitiam, & vindictam Divinam dixerō, quam non fatali, & alieno aliquo casu, sed propria culpa Urbes sentiunt. Fateatur id *Cicero*, qui in Romanam ruinam Africanum ita lamentantem introducit. *Nostra, inquit, atas cum Rempublicam sicut pictu-*

ram accepisset egregiam, sed evanescentem vetustate, non modo eam coloribus iisdem, quibus fuerat, renovare neglexit, sed ne id quidem curavit, ut formam tantum ejus, & extrema tanquam lineamenta servaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit stare rem Romanam, quos ita oblivione obsoletos videmus, ut non modo non colantur, sed etiam ignorentur? Nam de viris quid dicam? Mores enim ipsi perierunt virorum penuria: Cujus tanti mali non modo reddenda ratio nobis, sed etiam tanquam reis capitis, quodammodo dicenda causa est. Nostris enim vitiis, non casu aliquo Rempublicam verbo retinamus, re ipso verò jam pridem amisimus. Hæc quidem Cicero; qui, si doctrinam Christianam gustasset, quæ nos, per misericordiam Dei imbuti sumus, an ne cum Syrach dixisset, Regnam à gente in gentem, propter tyrannidem, injurias, & alia Principum, & populis delicta, transferrè? Et cum Sapiente Proverb. 14. *Justitia elevat gentem, miseros autem facit populos peccatum.* Deus, justo suo judicio, causas quandoque permittit, ob quas Vrbes, communitates, & Regna, vel domesticis, vel externis bellorum procellis, per afflictionem, & paupertatem, ad veram, errantium cognitionem, & depravatæ vitæ immutationem adigantur.





L I B E R I I I .

DE MONTELEONE.

C A P . I .

De reædificatione Vibonis ejusque nominis
 mutatione . Et qua de causa Civitas
 ista, leonem, super tribus mon-
 tibus, antiquis addidit
 insignibus.



Off Vibonensis Episcopatus translatio-
 nem, videns Rugerius amplissimum Vi-
 bonæ situm, ad exiguum populum reda-
 etum (scilicet ad antiquæ Civitatis an-
 gulum, quoddam, ubi nunc dicitur. *La*
Terra vecchia) seu quasi desolatum, &
 considerans, si occasio aliqua majoris in-
 colatus offerretur, eam posse facile in-
 pristinum restaurari, turrim maximam
 triangularem, in sublimiori parte Urbis
 vetustissimæ à fundamentis erigendam curavit; (quam, nonnulli
 ajunt fuisse demonum opera erectam Melagisii Galli jussu una no-
 cte tantum) ex eoque muro extenso tribus aliis intermediis turri-
 bus

bus rotundis, arcem efformavit, contra hostium excussiones validissimam: Quæ ex una parte, Orientem solem, atque montem appenninum longè distantem, ac visum terminantem; ex altera australem, occidentalem, & septentrionalem plagam, atque mare sibi subiectum prospicit. Et usque hodiè in superiori parte Civitatis talis arx intacta conspicitur. Deindè Rugerius præconum voce nunciari fecit, ut quicumque ad ea incolenda loca porrexerit iter, perpetua immunitate frueretur. Postea verò quam forma immunitatis percubuit, plurimi, tum ex circumvicinis Oppidis, tum etiam ex longinquis advenientes, domus construere propè ipsam arcem, tanquam tutiorem locum cœperunt, ac pro eorum defensione parvo murorum ambitu (prout tunc res postulabat) Oppidum cinxerunt. Hinc hujus novæ fabricæ occasione, Accolæ priorem habitationem vocabant Terram veterem (Amisso enim Episcopatu, & nomen Civitatis amisit usque ad annum 1378. circiter, quando divitiis, dignitate, ac doctrina aucta, meritò nomen Civitatis iterum adepta est) novam verò (quæ nunc cum veteri fabrica unam efformat Civitatem), absolute, Terram dicebant. Sicut mos est apud omnes, ut quando, existente uno, alibi aliud simile de novo fit, ei, quod existerat, adiectivum nomen, scilicet *vetus*, adjungitur, & dicitur v.g. Ecclesia *vetus*, *vetus domus*, *Terra vetus*.

Et quoniam antiqua insignia, quæ Normannorum familia gestabat in clypeis, tres erant leones; capta Sicilia, quæ tribus dividitur promontoriis (eaque de causa Trinacria dicitur) Leonem supra illos tres montes, sed in eminentiori monte in medio constitutum, sedentem, Rubertus, Rugerii frater, effici voluit, atque ea insignia sibi in clypeis semper insculpi, atque in Civitatibus, & Oppidis sibi subiectis affigi, *vid. lib. 2. cap. 5. in fin.*, ut ab omnibus, per leonem super tribus montibus sedentem, intelligeretur, Normannorum familiam Trinacriæ Regnum obtinuisse. Maluit autem unum tantum superponi leonem, quo significaret unum ex Normannis Sicaniæ dominium possidere. Sumpto igitur Rugerius ab ejus insignibus nomine, & à montis situ, novum ædificium Monteleonem appellavit, ut dicit *Capialbus cap. 4. pag. 17.* Sed quia Gabriel Barrius hanc Civitatem vocat Montileonum, ego dicerem, sic dictam fuisse, à montis situ, & à tribus supradietis leonibus, familiam Normannorum, secundum figuram Atonymiam, significantibus; unde Montileonum, idem est ac Mons, idest Civitas Normannorum; sumuntur in signia pro Normannis, sicut puppa pro

pro navi. Et non ut nonnulli ineptè ajunt ; quia .s. in isto monte
erat leonum copia.

Deindè Rugerius, clypeum cum insignibus supradictis im-
prompturus in illa excelsa turri triangulari collocandam manda-
vit; necnon, ut suam benevolentiam nostræ Civitati demonstraret,
eadem insignia ipsis dedit Montileonensibus: qui, antiquis Hip-
ponii, seu Vibonis Valentis stigmatibus Rugerii insignia unien-
tes, in hunc modum formarunt Clypeum, avream, ac realem co-
ronam insuper tenentem; Videlicet, à sinistris in campo rubro duo
Amalthæe cornua, regionis duplicatam ubertatem significantia. In
medio una asta, symbolum fortitudinis; & super astam, in campo
cælesti noctua, quæ apud Hipponienses victoriæ signum erat, undè
proverbium, *Noctua volat*; significabat etiam divitias, dum in-
eorum nummistalem imprimebant avem. *Vid. lib. 1. cap. 9., & 12.
& lib. 2. cap. 3. Vid. etiam hinc cap. alt.* A dextris verò in campo, in-
fra avreo, insuper cæruleo, tres montes virides, & supra eminenti-
orem montem leo, à parte superiori avreus, ab inferiori verò
cæruleus, in altum elevatus, ac prædictam tenens astam. Ut vide-
re est in Civitatis figura.

His omnibus à Rugerio peractis, præmortuis Jordano, &
Gaufrido ejus filiiis, Parens ipse clarus victoriis, & virtutibus, ple-
nusque dierum obiit Mileti anno à reparata salute millesimo cente-
simo primo, undecimo Kalendas Julii. Eo quidem anno, quo Bea-
tus Bruno Carthusiani Ordinis institutor, ejus Pater amantissimus,
ac Magister à sanctificato Squillacensi nemore ad superos lætus
evolavit, postquam præcessisse eum vidit, de cujus salute cogeba-
tur esse sollicitus, ut ait Pater *D. Gregorius Surianus Belga Car-
thusianus in annotationibus in vitam S. Brunonis §. 29. cap. 24.*
Ætatis verò suæ anno supra septuagesimum. Regioque funere in
eadem Civitate Mileti, in Templo Sanctissimæ Trinitatis, à se fun-
dato, tumulatus est, hac circa tumulum apposita epigraphæ.

Linquens terrenas, migravit Dux ad amanas

Rugerius sedes, nam Cæli detinet ades.

Comitis Rugerii tumulus diu latuit in cæmeterio Ecclesiæ
proximo, post annos plures reductus in Ecclesiam, inter duas mar-
moreas columnas sistitur, cum hac inscriptione in pariete sculpta.

Rugerius Comes Calabria, & Sicilia.

*Hanc sepulturam fecit Petrus Oderisius Magister Ro-
manus in memoriam.*

Hoc quicumque leges, dic: Sit ei requies.

IV

Tumulus ex candido marmore, longitudine palmorum novem, latitudine ferè quinque, altitudine octo. Imminent in superiori læva, dextraque parte tumuli, duo simulachra, alterum foeminam, alterum referens virum, sublatis tamen capitibus ab utroque. Ferunt alterum esse Rugerii, alterum forsitan Eremburgæ. Terminatur tumulus duabus columnis striatis, in ejusque fronte, janua semireserata cernitur. In utroque latere gentilitium Comitum stemma inculptum, videlicet Crux duobus amnis fluentibus conclusa. *Vid. lib. 2. cap. 5. in fin.* Hic, collapsò antiquo Templo, per annos plures despectus jacuit: Verum novo extructo, & absoluto Templo, ne tanti Comitum memoria periret, in meliorem, & nobiliorem formam in ala sinistra repositus est, hac inscriptione.

Rugerus Comes Calabria, & Sicilia, Tancredi filius, Roberti Guiscardi frater, Rugerii primi Regis Sicilia Pater, S. Brunoni charus, Deiparæ Virginis ope jugiter protectus, pulsus à Sicilia Saracenis, fundata, & ditata hac Abbatia, & Basilica, & Sanctissimæ Trinitati dicata, extracto amplo Monasterio, & Monachis Ordinis S. Benedicti ad inhabitandum, & regendum tradito, pluribus aliis Monasteriis, Abbatii, Episcopatibus, per Calabrium, & Siciliam fundatis, reparatis, ditatis, annum agens supra septuagesimum Miletum moritur XI. Kalendas Julii, anno 1101., & in hac Basilica regio funere tumulatur hac Epigrabe.

Linquens terrenas penetravit Dux ad amenas

Rugerus Sedes, nam Cæli detinet aedes.

Instaurata tanti Principis, & fundatoris memoria.

Anno MDCC.

Adelasia denique defuncto Rugerio, pluribus congestis opibus, Balduino I. Hierusalem Regi nupsit. Et in Siciliam rediens, diem clausit extremum in Urbe Paestensi, & in Templo maximo sepulta est hoc Epitaphio.

Hic jacet Corpus Nobilis Domine Adelasie Reginae, Matris Serenissimi Domini Rugerii, primi Regis Siciliae, cujus Anima per misericordiam Dei requiescat in pace. Amen. Anno MCXVIII.

CAP. II.

De acerrimo bello Jacobi, cognomento Jaimi, D. Petri de Aragonia Filii, à quo Monsleo se defendit; Et à quo condita mœnia, cum januis, quæ ad præfens penè diruta conspiciuntur; nec non & Castrum Vibonæ nuncupatum, erecta fuere; Ac denique de nostræ Civitatis venditione.

MUtato Normannorum Imperio; eos Civitas ista nacta est Reges, qui Utramque Siciliam sunt dominati. *Pluribus deinde voluentibus annis, augefcente in dies advenarum numero, transgressa, recensitos novæ fabricæ muros, suburbiâ incolebat hominum multitudo, & sic perseverans pervenit usque ad Caroli Andegavensis, seu Angiojæ tempus, fratris Divi Ludovici Gallorum Regis, qui vocatus à Papa Urbano IV. in Italiam florido exercitu se contulit; occisoque anno 1266. Manfredi Ecclesiæ persecutore, Regni Neapolitani, Siciliaque Dominus effectus est. At Siciliæ cum sub ejus dominio per sexdecim permansissent annos, necatis feria secunda Paschæ Resurrectionis, hora vespertina, Gallis octomille, qui in tota Insula inventi fuere, calliditate, atque opera Joannis Nobilis Salernitani, Procida Domini, cujus dominio fuerat à Rege Carolo privatus, ex eo quia Manfredi partes fuerat sequutus, ab eodem Carolo defecerunt eodem die, anno verò 1282. statimque se in potestatem Petri de Aragonia Regis tradidere. Quæ de re Carolus certior redditus, collecto ingenti exercitu, & tremisium non modico numero, ad Messanam obsidendam quam celerrimè advolavit. Ibi que diù commoratur, tandem nuncius affertur, Rugerium de Lauria classis Aragoniæ præfektum, Siciliam cum florido exercitu pervenisse, quare ad Calabriam se contulit, ac reli-*
ctis

Etisibi militibus ad Oppidorum custodiam, Neapolim revertitur terrestri itinere, eo in reditu Monteleonem conspiciens *præceteris situ pollentem, ac valida arce munitum, medioque positum in itinere, & haud valde à Messana remotum, vereri vehementer cepit, ne si præclara Civitas aliquando in hostium manus devenisset, illorum exercitus in ejus planitiâ castramentaretur, portuque, & re frumentaria Rugerii classis adiuveretur, totaque tandem Calabria, plurimis hinc factis excursionibus, expugnaretur. Quapropter cuidam prudenti, ac bellicoso, & magnæ auctoritatis viro (cujus nomen ab historiâ Scriptoribus ignoratur) illud custodiendum tradidit, relicta ibi optima militum manu. Hic, deletis, quæ in sublimiori turri insculpta erant, Normannorum insigniis, eorum loco insignia Andegavensis super insculpi fecit, quæ usq; nunc integra conspiciuntur, & propriè in eaturri, quæ ad modum caltri facta videtur. Deindè fossis, ac ageribus, ubi erat opus, Oppido munito, rebusque omnibus ad victum necessariis emptis, se intra muros cum militibus continebat.*

Mortuo Rege Petro anno 1284. in ejus locum successit Alfonso Primogenitus, in Regno verò Siciliae Jacobus secundogenitus, hac conditione. ut si sine liberis moriretur, succederet Federicus tertiogenitus. Anno 1286. è vivis ablatu est Carolus, & statim hujus filius Carolus II. Rex Neapolis salutatus est. Hic, loco carceris tunc temporis erat in Hispania Citeriore, ibi à Regina Constantia è Sicilia missus. Sed inito fœdere, ut Regni Neapolis contentus esset, Regnum verò Siciliae prædicto Jacobo cederet, manumissus est anno 1288. Deindè Romam versus iter arripuit, & à Nicolao IV. Sum. Pont. ne dum Neapolis, sed etiam, contra fœdus, Regni Siciliae confirmationem postulans, totum obtinuit. Quod intelligens Jacobus, ira ingenti percitus, collectis multis triremibus, pluribusque navibus onerariis, classe Calabriam transfretavit, expositoque in Civitate Rhegii exercitu, primo ejus adventu, Seminaria, Sinopolis, & Bovalinum Oppida se sponte dederant; deindè Monsleo vi capitur, magna militum, atque Oppidanorum, se viriliter defendentium, clade. Quibus rebus peractis, atque munitis omnibus locis sibi subiectis, ad Cujetanos oppugnandos navigia dirigit: Ibiq; tandem, inita cum Rege Carolo pace, in Siciliam revertitur, atque inde in Terraconem se recepit, relicto in Italia Federico Fratre, qui vice sua Siculos regeat usque ad ejus reditum. Qui quidem Federicus Fratris consilio haud adhaerens, qui volebat ad jussu Pontificis, Regnum Carolo omnino restitueretur, se Regem Siciliae

cilia omnium populorum consensu constituit; ac pluribus cum Carolo confectis praliis, inuito tandem inter eos federe, omnes Civitates, omniaque Oppida, quae in Calabria jure belli possidebat, illi restituit, Sicilia Regno contentas. Ex ea tempestate Monteleonum, nec obsidione, nec oppugnatione aliqua vexatum unquam fuisse memoriae proditum est, sed sub Neapolitanorum Regibus, usque ad Federici II. Regis tempora se incolumem servasse.

Carolus iste quoque, situs hujus Oppidi auxilia commoditate ad tuendos, regendosque Oppidanos, Virum alioquin prudentissimum, ac rei militaris peritissimum, ed mittere decrevit; itaque Apiciorum Comiti quo ad ipse viveret gubernandum tradidit. Hic intra mentia habitantium angustiam conspicatus, ac caeteros, qui extra eam incolabant, minus ab hostibus, repentinisque excursionibus tutos, novam, eumque quam late potuit murorum tractum moliri summa cum festinatione aggreditur, quod opus parvo annorum spatio, civium sumptibus confectum fuit; murorum ambitus, qui à turri triangulari sumebat initium, & in eademmet terminabatur, non excedebat meo judicio mille passuum spatium, ut nostris temporibus, ex reliquiis, judicari potest: Turres passim plures intermediae; porta autem sex, Ex quibus una tantum diruta omnino est. Comes igitur Apiciorum, at aliquam sui memoriam, ob beneficium praestitum civibus relinqueret extremam murorum portam, quae in valle declinat, sua voluit dignitatis titulo nuncupari, eamque appellavit, portam Comitis Apiciorum, quod nomen adhuc usque tempus retinetur, & nostro vulgari idiomate dicitur (la porta del Conte d' Apici) Capiabus cap. 5.

Castrum vero Vibonae à Marchione Buchanicorum Ursinae familiae elatum est, ut diximus lib. 1. cap. 10. Vid. lib. 2. cap. 1. vers. med. Et dictum est Castrum portus Vibonae, deinde Castellum Vibonae tantum, & usque hodie sic nuncupatur.

Fuit etiam Regius Gubernator Marinus Brancacius, quo mortuo demanii privilegium obtinuerunt Monteleonenses à Rege Ferdinando 22. Januarii 1480. ut infra cap. 5. §. 1. num. 1. videbis. Rebus sic stantibus, post varias Regum mutationes, defunctis Alfonso II. Ferdinandi filio anno 1495. & Ferdinando II. Alfonsi Primogenito anno 1496., Regnum obtinuit ab Alexandro VI. die 7. Junii 1497. Federicus Alfonsi II. frater. Hic laborante penuria nummorum, oppida multa vendare decrevit, quapropter Joannem Baptistam Brancacium Neapolitanum in Montisleonis Regium perpetuum Gubernatorem pro pretio ducatorum bis mille in-

le instituit. *Monteleonenſes* verò *ſuperioribus annis*, ut diximus, à Rege Ferdinando I. ob eorum *fidelitatem, omnium inamunitatem ſibi ab anteaſſoribus Regibus conſeſſarum, confirmationem impetraverant*; ac præterea ut illas, ubi opus fuerat, armata ſibi tuerentur manu. Nuntio igitur facta venditionis allato, conſeſſim ad Regem conſugiunt, & queruntur de fracta fide ipſis à Ferdinando data, atque ſupplices precantur ut Regiis pollicitationibus ſtetur, cum Regum verba frangere minime deceat, imò ab omnibus pro turpiſſimo habetur. Tunc reſpondit Rex ſibi licere in ſummis neceſſitatibus conſilium mutare; verum ſi intra ſtatutum tempus pecuniam, quam à Brancacio acceperat, illi redderent, venditionem illam ſubito annullandam fore curatarum, atque illis immunitatem omnem obſervaturum. Pollicentur Oppidani triſti animo, (Dum hæc agebantur mortuus eſt Brancacius) ac veſati coacti jurejurando ſeipſos adſatiſfactionem aſtringunt, (*Capialbus cap. 6.*) juxta formam in tertio privilegio præſcriptam, *Vid. cap. 5. §. 3.* Et deſacto ſolverunt ducatos mille pro pœna (ſed neſcio quænam fuit iſta pœna) & pro Demanio ſeptimcentum, reliquos autem mille, & tres centum promiſerunt in tantis pagis, & promiſſis, ut videre eſt infra *cap. 5. §. 4. num. 3.*

Sed, ut accidere ſolet in hiſ casibus, Monteleonenſes valdè inter ſe diſſentiebant, & querebantur de ſolutione iſta, maximè id ſuggerente multorum paupertate. Hinc, alius ſic, alius ſic ibat. Animadvertens hoc Hæctor Pignatellus Brancacii Cognatus, & Caroli filius, ſimulatis verbis ſuaſit Monteleonenſibus, ut ipſum in Regium Gubernatorem acceptarent, promittens ſe ſupradictam ipſis daturum pecuniam. Quibus verbis, paupertate ducti, heu dolor, acquieverunt cives, *vid. infr. cap. 5. §. 4. num. 3.* Hæctor Pignatellus ſtatim Regem adiit, & factum commemorat, promittit ſe ſolutionem duorum millium ducatorum facere, ea tamen conditione, ut ipſe poſſidendi Oppidi jure induatur. Quod, & obtinuit. Eodem die, & anno Rex Federicus diſperatione ductus, ex eo quia exercitibus Regis Catholici, & Ludovici XII. Galliæ Regis reſiſtere non valebat, ipſi Hæctori Monteleonem dedit titulo venditionis in libero, & utili dominio, prout conceſſerat Terram Borelli, Meſiani, & Roſarni pro pretio ducatorum quindecim millium. Quo facto, Monteleonis poſſeſſionem ſuſcepit tanquam Regius Gubernator, & hoc nimia calliditate, & non ſine myſterio, ut ſciſcet paulatim ad intentum perveniret, ſicut, & de facto advenit. Deindè Rex Federicus è Regno pulſus eſt, & Reges Catholici,

Ludovicusque XII. voluntate ejusdem Pontificis Alexandri VI. 1. Julii 1501. sibi Regnum dividebant. Interim Hector Pignatellus se in jus Monteleonem possidendi, tanquam utilis dominus, à Rege postulat intrromitti, *hoc illi haud difficulter conceditur. Mit- titur continuò Præfectus cum satellitibus, ut Hectoris Pignatelli nomine dominium Oppidi caperet; is cum ad Oppidum accessisset, atque causam sui adventus palam exposuisset, Oppidani ferè omnes in eum, atque in ejus familiam satellitum armatam irruerunt manum, parumque absuit quin Præfectum illum trucidando occide- rent; quod satellites animadvertentes, abrepta quamprimum fuga, se in arcem includunt, quæ tunc defensoribus carebat, ibique cum Jacobo Pignatello Gubernatore ordinario pro regimine Montis- leonis, & Paulo Rano Capiteo ordinario per dictum Hectorem, paucis commorati diebus, ac fame undique cincti, noctu illinc egres- si, abdito itinere aufugerunt, & Neapolim cum venissent Collate- ralis omnia retulerant, qui tum ut Pignatello satisfacerent, tum potissimè, ut ulciscerentur injuriam, quæ Regio Præfecto, & satel- litibus illata fuerat ab Oppidanis, negotium tam possessionis captu- ræ, quam ultionis injuriæ, Jacobolo Tufo Neapolitano commise- runt. Hic simulans se aliam ob causam missum fuisse in Calabriam à Collateralibus, transiens Monteleone, ulterius progrediens, Ter- ram novam usque progreditur, ubi cum non diù commoratus fuisset, recollectis quadringentis sagittariis, & balistariis, quibus tutius rem perageret, ab eo Oppido discessit, ac Monteleonem revertitur; quo in loco certior factus de præterita factionis auctoribus, & fau- toribus, à quibus ille plusquam ab aliis magis terreri potuisset, illos vespere accersiri jussit, qui nil mali suspicantes, arcem versus petie- runt, ubi ille de lo Tufo commorabatur, illis arcem ingressis, janua illico clauditur, seroque fraudem animadvertentes, catenis vinculis tetrum in carcerem detraduntur, ac die sequenti multo mane è sum- mis arcis propugnaculis illos mortuos prospexere Cives, qui hujus- modi spectaculo, territi, ceteri unionis participes, ne in capitis peri- culum incurrerent, seiplos fugæ dederunt. Quo factò facinore, Tu- fus, convocato Oppido de injuria ab ipso illata Regis Præfecto, & satellitibus ejus, quos timere, & venerari oportebat, nec hostium modo armis insectari vehementer queritur; quæ non expiari septem Oppidanorum nece, verum omnium universali sanguine, Civita- tisque totius everfione decebat; seque jam illud exequenturum affir- mabat, nisi Hectoris Pignatelli rationem habuissent, tunc cum mor- tem contradicturi comminaretur, accersito Jacobo Pignatello, qui*

eo tem-

eo tempore, ut dixi, ibi aderat, requisitaque omnium sententia, & nemine penitus ex ea causa supradicta discrepante, coram omnibus trepidantibus, ipsum, Hectoris nomine, Montisleonis titulo venditionis in libero, & utili dominio 19. Augusti 1501. dominum constituit, non obstante quod Rex Federicus expulsus fuerat à die prima Iulii ejusdem anni. Quibus rebus sic compositis, & dimissis Ballistariis, & Sagittariis navigium conscendit, Neapolim rediturus, at miser inter navigandum valida tempestate exorta, fluctu absorbetur cum omni comitatu. Septem illi Cives, qui ex vita migrarunt ex nobili, atque honesta familia orti, fuerunt duo ex Recorum familia praelio capti, quorum unus appellabatur Ioannes Motboensius. Fuit tertius Pater Matthei, & Philomei Ramoli. Quartus Dominicus Milana. Quintus Ioannes Baptista Capicellus Galeatii, & Valentiana Pater. Sextus Franciscus de Alexandria, Nicolai Pater. Septimus fuit. Sanctus Nopoli, Ambrosii Pater. Capialbus supra cit. cap. 6. pag. 27. præter ea quæ caractere ordinario scripta sunt.

Postmodum, distinctione orta inter Magnum Capitaneum, & Francorum exercitus Ducem, ille 28. Aprilis 1503. Gallos debellavit, & 16. Maii penitus è Regno expulit, tandem 13. Iunii expugnavit etiam Castrum novum Neapolis à Gallis possessum: & sic totius Regni, nomine Regis Catholici, possessionem suscepit. Quod videntes Montisleonis cives, ipsum Consulvum, cognomento Magnum Capitaneum, petierunt pro jure Demanii, quod, & concessit 3. Septembris 1503. per verbum, Placet Illustrissimo Domino Viceregi, & Locumtenenti Generali ad beneplacitum Catholicarum Majestatum, ut cap. 5. inf. §. 5. num. 1. videre poteris.

Deindè Rex Catholicus Ferdinandus I. audita hac insigni, & illustri victoria, Neapolim advolavit anno 1506. ibique per aliquos moratus est menses. Quæ adiit Hector Pignatellus, & ostendens ejus partes tempore belli sequutum fuisse, mediante etiam pecunia, cujus pecunia Rex Catholicus laborabat, obtinuit ab ipso, ne dum Privilegiorum confirmationem, verum etiam 16. Maii 1506. Comitum Montisleonis titulum. Vigore cujus concessionis Frater Fabritius Pignatellus Eques Hierosolymitanus, ac Cannarum Prior, & Procurator, Generalisque ipsius Hectoris Gubernator, ejusdem nomine 8. Februarii 1507. Montisleonis possessionem suscepit, vid. cap. sup. cit. §. 6. In anno postea 1527. die 29. Martii ab Imperatore Carolo V. Dux Montisleonis vocatus

tus est. Et sic mea Civitas libertatem amisit, undè cum *Poeta* dicere potest.

Sic erat in satis, tantis me fluctibus angè,

Ut mea sit cunctis sars miseranda viris.

Hæc quidem à nobis longius sunt enarrata, ut ex tanta nostræ Urbis mutatione, intelligeremus, omnia, quæ in mundo videntur admiranda, fluctuanti, ac inlabili mutationi esse adnoxia: Nec quidquam sub sole perpetuum, ac diuturnum inveniri: Atque tam admiranda vicissitudines, non Urbes tantum, & præclaras Republicas, quarum jam complures in *prima libro* recensuimus, sed integras Provincias, atque adeo, latè potentia Imperia, Regna, & familias, multa temporis diuturnitate attriverunt, & extinxerunt. Atque tales quidem, & tam horribiles conversiones, ut infinitam Dei potentiam, ita, humanæ fortis incertitudinem patefaciunt, & mortales hujus mundi incolas monent, ut, cum nihil perpetuum, ac stabile, sed omnia caduca, variis fortunæ casibus, & interitui obnoxia cognoscant, cogitationes suas, studia, animum, & mentem, quæ re nulla creata satiari potest, ad sublimia, & sempiterna bona elevent, ad solum Deum anhelent: In cujus manu sunt omnia jura Civitatum, & omnes fines consistunt.

C A P. III.

De Magnificentia, & abundantia Civitatis Montisleonis, aquarum scaturiginibus, ac ejus Pagis.

A Missa Montileonensium Libertate sub Hæctoris Pignatelli dominio, hic nostram deindè petivit Urbem, & suos subditos tanquam filios amavit, illisque innumeras concessit immunitates; & quo latius Civitas in dies dilatari, nobilitarique posset, duas singulis annis Nundinas constituit, duobus faciendas mensibus, Julio à die S. Mariæ Magdalenæ, usque ad finem ejusdem mensis, & Decembri à primis Vesperis S. Lucis usque ad vigiliam Nativitatis Domini inclusivè (nam illam, quæ Aprilis à die S. Mar-

ci

ei usque ad ultimum mensis, jam Ferdinandus I. concesserat, vide *cap. 5. §. 4. no. 15.* & *§. 1. no. 11.* Illa verò, quæ Octobri, à die S. Lucæ item usque ad ultimum, quæ absolute dicitur; *La fiera di Monteleone*, antiquissima est ab Agathocle instituta, vide *lib. 1. cap. 8. vers. fin.* Sed hodiè omnes Nundinæ, excepta illa S. Lucæ, incipiunt à die 18. prædictorum mensium, & perdurant ut dixi, quæ jam populorum, Mercatorumque undique confluentium valde frequentantur; Futuros incolas quoque per triennium ab omni onere liberos esse voluit, quod, & ejus successores inviolabiliter observarunt: Hinc ob dominantium bonitatem, ac clementiam; tum ob ejus optimum, quo pollet, situm, cum ed. jam pervenerit nobilitatis, amplitudinisque, ac divitiarum, aucturaque in dies amplius esse videatur, meritò Civitatis nomine à Rege decorata est, atque appellata, anno circiter 1578. *vid. sup. cap. 1.*, ut quæ tanquam sup. prioris Urbis æmula, in dies magis, atque magis, amplitudine, divitiis, dignitate, ac doctrina aucta progreditur, neque Urbis nomine apud omnes; neque eadem antiqua majestate privari debeat.

Nunc Montisleonis nova fabrica adeo dilatata est, ut cum Terra veteri, & suburbiis unum corpus efficiat, estque hodiè quasi formæ triangularis; in cujus unius sublimioris anguli parte posita est Arx illa, de qua hic *cap. 1.* locuti sumus. Hanc Arcem prædictus Hector bene accommodavit, & in ea parte, quæ meridiem, & orientem spectat solem, astruxit domum insignem, quæ digna est ut habitetur à Regibus. Et quanquam nostra Urbs non dum ad veterem illum accesserit ornatum, tamen plurimis extra habitationem (quæ jam diù muros transgressa est) Templis, tam Monachorum, & Monialium, quam animarum curam habentium, tum Hospitalibus, Abbatibus, & Ecclesiis non curatis refecta est, ut *capite sequenti* fusius videbis; tum verò præaltis, amplisque palatiis, domibus, multisque exilientibus puteis; item platea omnium quæ in Provincia sunt nobilissima, cujus viæ amplissimæ per plures vicus extenduntur, & plenæ sunt Mercatoribus pannorum, & sericis, & cæterarum rerum vendibilium; item Nummulariis, Mensariis, instrumentorum musicorum confectoribus, Inauratoribus, Tabernariis, Cauponibus, Pictoribus, Leticariis, lignorum Fabricis, & ferrorum, Tonforibus, calceorum, & pannorum Sutoribus, Pigmentariis, Fusoribus, Architectis, Salmariis, Lanis, Factoribus, Pellipariis, Coriariis, Unguentariis, Institutibus, Marmorariis, Cetariis, Macellariis, Vinariis, Cementariis, & ferè omnium mechanicarum artium, & liberalium professoribus.

Honestantur insuper Aurificibus, sive Argentariis non paucis, à quibus opificia, sive ex auro, sive ex argento, gemmis quoque, lapidibusque pretiosis ornata, perpulchra fiunt. Tale exercitium hic semper vigivit, & pluries Regia autoritate confirmatum est.

Texuntur etiam hic panni nobiles ex stamine serico, vel bambyceo, vel gossipino, vel lineo. Nam hic adsunt Sericarei multi, ex Regis speciali concessione, quæ die . . . mensis . . . à Regina Matre Caroli II. Hispaniarum Regis; & die 11. Maii 1668. iterum regia provisione fuit confirmata: quas ad literam subjungere haud incongruum existimavi. Est enim speciale privilegium, & paucis concessum. Illud Reginae Matris, quod à D. Dominico Capialbi conservatur, habere non potuimus, Sanctam Christinam, ibidem relegatus, habitat. Unde sequentem tantum adduximus concessionem.

Illustris, & ed Excellentis. Signore.

LA Città di Monteleone supplicando espone à V.E. come da tempo immemorabile si ritrova nel pacifico possesso di tener telari, con li quali si sono fabricati, e si fabricano drappi di seta, per uso de' Cittadini, e per altri, senza che mai sia stata turbata in detta sua pacifica possessione, anzi coll'assistenza in essa Città, non solo di molti Regii Ministri, con carica di contrabanni, mà anche con la continua assistenza delli Luogotenenti, e Cassieri dell'Arrendamento della seta, è stata detta sua possessione sempre approvata. E di più, da circa anni quattro, con il Cassiero, seu Luogotenente, che assistono per il detto Arrendamento, per l'interesse del medesimo, che poteva causare l'uso delli detti telari, e li Mercanti di essa Città supplicante sù convenuto, che s'ingabellassero sino à mille libre di seta l'anno, acciò l'Arrendamento godesse il beneficio del diritto di essa; alla quale conventionione, come ridondata in evidente beneficio dell'istesso Arrendamento, stante, che per il passato non si è mai consumata tanta quantità di seta per l'uso di detti telari, non solo non sù opposto cosa in contrario, mà è stata praticata, conforme si stà praticando al presente. Hora il Magnifico Antonio Garofano, nuovo Luogotenente destinato dall'Arrendamento predetto in essa Città, intende di fare turbare la supplicante, nel detto suo antico, e pacifico possesso, dall'uso delli detti telari, pretendendo astringere li Mastri tessitori à produrre la licenza delli detti telari, e la detta supplicante ad esibire il privilegio

gio

glo dell'istesso uso, del quale da tempo immemorabile se ne ritrova in possesso. E perche E.S. per ogni ragione, non può, nè deve la supplicante essere de facto turbata in detto suo pacifico possesso dal detto Magnifico Luogotenente, stante la sua immemorabile possessione; ricorre per tanto à piedi di V.E., e la supplica restar servita ordinare, che dal detto Magnifico Luogotenente sopra di ciò non si rinovi cosa alcuna, mà che osservi qualche è stato per tanto tempo osservato, e l'averà à gratia, ut Deus.

Ed inteso da noi l'elposto nel sudetto preinserto memoriale; ci hà parso far la presente, per la quale vi dicemo, ed ordinamo, che, contro la forma del solito, non debbiatè innovare, nè far' innovare cosa alcuna, mà farete osservare l'antico solito; ed in caso d'inosseranza, la Regia Audienza Provinciale così faccia osservare, che tale è la nostra volontà. Datum Neapoli die 11. mensis Maii 1668.

Cardinal Antonio d' Aragona.

Locus † sigilli.

Vidit Navarra Regens. Vidit Carillo Reg. Vidit Ortiz Cortes Reg. Vidit Capiblanco Reg.

Sol. carol. duos.

Regist. in prag. 29. fol. 166.

Constantinus.

Alla Corte della Città di Monteleone. V.E. ordina, che faccia osservare l'antico solito; e contro la forma del solito predetto non innovi, nè facci innovare cosa alcuna, ed in caso d'inosseranza, la Regia Audienza Provinciale, così faccia osservare.

Die 28. mensis Maii 1668. Monteleone; retrospectæ literæ provisionales presentatæ fuerant coram Magnifico Viceduce Civitatis prædictæ delegato, per Magnificum V.J.D. Dominicum Vaccari, & Notarium Ioannem Baptistam Lombardum Syndicos, &c. Et in fidem, &c.

Rogerus Alvarius.

Nella Ducal Audienza di questa Città delegata per Sua Eccel-

cellenza comparono li Sindici della medesima Città, e dicono, come il Magnifico Antonio Garofano hodierno Luogotenente dell'Arrendamento delle sete, intende turbare de fatto essa supplicante nel quieto, e pacifico possesso, nel quale si ritrova di tener telari, per fabricare drappi di seta, per uso de' Cittadini, pretendendo alstringere li Mastri tessitori à produrre la licenza di detti telari, & ad essa Città d'esibire il privilegio dell'istesso uso. E perche non può, nè deve essere molestata de fatto nel detto suo pacifico possesso, hà havuto ricorso à S. E. qual'è restata servita spedir provisioni dirette ad essa Ducal Corte, quali prontamente s'esibiscono, con le quali se gl'ordina, che contro la forma del solito non facci innovare cosa alcuna, mà facci osservare l'antico solito. E perche detto solito è notorio, publico, e manifesto ad ogn'uno, per tanto fanno istanza, attente le cose sudate, che s'osservino dette provisioni, con interponersi decreto à beneficio di essa Città, che non sia molestata intorno al tenere detti telari, per fabricar drappi di seta, mà sia mantenuta nel quieto, e pacifico possesso, nel quale si ritrova di tener detti telari, e di fabricar detti drappi, e così dicono, e d'ogn'altro miglior modo, &c.

Die 28. mensis Maii 1668. Monteleone, præseus comparitio presentata fuit coram Magnifico Viceduce, delegato per Suam Excellentiam Regni, per Magnificum V. J. D. Dominicum Vaccari, & Notarium Joannem Baptistam Lombardum Syndicos Civitatis Montisleonis, &c. petentes, &c. Et in fidem, &c.

Rugerus Actuarius.

In Dei Nomine. Amen.

PER Ducalem Curiam Civitatis Montisleonis ad infra scripta delegatam per Suam Excellentiam visis provisionibus dictæ Excellentie, ejusque Collateralis Consilii, expeditis ad favorem Universitatis Montisleonis sub die 11. mensis Maii 1668. attenta notorietate facti, veritate expositorum per Magnificos Syndicos ipsius, ac informatione desuper extra judicium habita de expositis S. E. fuit provisum, & decretum, quod Universitas prædicta Montisleonis non molestetur super detentione telariorum, pro fabricandis drappis sericis, pro usu suorum Civium, sed manuteneatur in sua quiete, & pacifica possessione, in qua reperitur, detinendi telaria prædicta, pro fabricandis dictis drappis sericis, & proinde nihil innovetur, & ita per hoc suum, &c. Et expediantur debita provisiones in forma, &c.

Hyacinthus Amicus.

Die

Die 28. mensis Maii 1668. Monteleone, fuit, Magnifico Delegato pro Tribunale sedente, provisum ut supra, & lectum latum in forma. Presentibus pro testibus Magnifico V. J. D. Ottavio Pisani, Magnifico V. J. D. Leoluca Pisani, Ioseph Citanna, & aliis. Et in fidem, &c.

Rogerus Actuarius.

Deinde, hujus artis fericæ majori gratis, publico consensu statutum est, ut quicumque Sericarei ad hanc Civitatem venirent habitandam, perpetua immunitate fruerentur. Hinc plurimi ex Civitatibus, tum vicinis, tum longinquis advenientes, hanc artem mirificè dilatarunt, prout, & nunc meliori modo viget. Et Opifices isti, omnibus gaudent immunitatibus, ut videre est in supplicatione sequenti.

Illustrissimo Signore.

Antonio Reitano, Pietro Ferrante, Giovanne Maza, Giuseppe Maza, Vincenzo Musciumeti, Vincenzo Colica, Giuseppe Augusto, Giacomo Surrentino, Antonio Zinzi, Paolo Giordano, Angelo Camarda, Pietro Tayano, Antonio Augusto, Giuseppe Tropiano, Domenico Spand, Francesco Ferrante, Giuseppe di Florio, Ignatio Tassone, Giuseppe di Luca, Paolo d'Alyso, ed altri Mastri forastieri della seta in questa Città di Monteleone, humilissimi schiavi, e sudditi di V.S. Ill. supplicando humilmente li fanno intendere, come in virtù di rescritto della buo. mem. dell'Eccellentissimo Signor Duca, e Duchessa di Monteleone, confermato dall' Illustris. Signor D. Giulio Marchese della Sambuca, quale in pronto si presenta, sempre sono stati trattati immuni, e franchi d'ogni gabella, ed impositione. E perche al presente vengono astretti à pagare dette gabelle, ed impositioni, senza haver mira à dett'ordine di detti Signori Padroni, contro ogni dovere (con riverenza) supplicano V.S. Illustr. ordinare non fossero molestati, mà trattati conforme dalli detti Eccellentissimi Padroni buo. mem. è stato ordinato, che il tutto, oltre è di giusto, lo riceveranno à gratia, ut Deus, &c.

Li Magnifici Sindici, e Rationali di questa Città facciano godere alli supplicanti, le franchiezze, che sempre hanno goduto, in tempo della Signora Duchessa, e Duca, di felice memoria. Monteleone 19. Dicembre 1669.

D. Ottavio Piccolomini d' Aragona.

Bit

Die 20. mensis Decembris 1669. Monteleone, presentatum fuit coram Magnifico Magistro Nundinarum S. Lucia Civitatis Montisleonis per retroscriptos supplicantes, petentes, &c.

Rugerus Actuarius.

In Dei Nomine. Amen.

Per nundinalem Curiam S. Lucia Civitatis Montisleonis, cum voto infra scripti Magnifici Ordinarii Consultoris, viso rescripto Illustrissimi Domini D. Octavii Piccholonini, fuit provisum, & decretum, quod supradicti supplicantes tractentur franchi, & immunes à quibusvis impositionibus, collectis, & gabellis impostis, & imponendis in hac Civitate, & gaudeant exemptionibus, & immunitatibus predictis, prout gavisi sunt, & gaudent ceteri artis sericæ, servata forma antiqui soliti, & immunitatis concessæ ab Excellentis. Dominis Duce, & Ducissa ejusdem Civitatis, felicitis memoria; & proinde pro causis predictis non molestantur, prout amplius non molestari mandatur, hoc suum, &c.

Antonius Ferraro.

Vidit Pisanus Consultor.

Die 20. mensis Decembris 1669. Monteleone, fuit C. P. T. S. provisum, ut supra, & lectum latum in forma. Presentibus pro testibus Magnifico Antonio Pizzimenti. Iacobo Carretta, & aliis, &c. Et in fidem, &c.

Rugerus Actuarius.

Sic omnibus necessariis, & ad ornatum pertinentibus, aucta nostræ Urbis Platea, singulis hebdomadibus mercatum, die Dominico, ad Civium petitionem, Rex Federicus conficiendum statuit, vid. in scap. 5. §. 3. nu. 3., & §. 4. num. 15., quod postea populi magna cum admiratione, & commoditate frequentare ceperunt.

Utuntur Monteleonenfes in vernaculo sermone Italica lingua, quam à latinis, & à senatu missis didicerunt, quanquam pleraque adhuc græca vocabula retineant.

Nunc reliquum est, ut de ejus ubertate aliquid dicamus. Et quidem Civitatem cum Civitate conferendo, omnium nostri Regni Civitatum, absit verbo invidia, est Monsleo optima. Nam præter vetustatis nobilitatem, qua multas excellit: Situs præstantia, secunditas, ac bonitas ex ipsa fama percipi potest, quæ bonis omnibus ipsam scaturire decantat. Et ut Herodotus lib. 1. ait: *Nec una Regio cuncta sibi ipsi suppeditat, sed aliud habens, alio indiget,* qua

quæ tamen habet plurima ea est optima. Et *Dionysius Halicarnas.* eam regionem optimam esse dicit, quæ quicquid vitæ mortaliū est necessarium gignit, sibi que per se satis est, nec multum adventitiis bonis indiget, hanc solam Italiam esse asserit. Hac ego ratione omnium nostri Regni Civitatum Montemleonem optimam esse dico. Nam quicquid mortalibus est necessarium ipsa ejus regio per se sēlix abundè gignit: Quin etiam multa foras emittit; multa que in ea proveniunt, ac fiunt, quæ pertinent ad ornatum, Est quippe universum Hipponiacum solum, sēlix, & amænum, non stagnis impeditum, sed liberum, & herbidum, pabulis accomodatū. Tellus pulla est.

Et ut singula recenseam. Sunt Hipponiaca arva pingua, & feraces-campi. Est in hoc agro planities ingens versus Aquilonem, & Vulturum ex una parte; ex alia verb versus Zephyrum, Africum, & Ausrum se extendens, agricolationi, pabulis, & aucupio percommoda, ubi cernere est simul, & mirari quam grandes segetes, novales, & campi ipsi roscidi emittant. Et sunt frumenti genera plura, triticum, filigo, far, secala, irio, diminum vocant, triminum, quod turchicum appellant, sagria, robus, rosiam vocant, cingia, avena. Fiunt Zea, speltum vocant; pharrum, hordeum, oriza, & sesami copia ingens, Affluit, & omnis generis leguminibus, inter quæ etiam lupinis, quibus tellus, & boves pinguescunt. Redundat, & vino, oleo, ac melle, & his optimis. Frumento tamen, oleo ac vino ingenti copia adeo perabundat, ut mercatoribus eam copiam suppeditet extrahendi ad extraneum gentium usum. Gossipium itidem Briaticum civitatem versus, plurimum fit. Lina affatim fiunt, horum genera duo, masculinum vocant alterum, femininum alterum, Alexandrino minimè invidens. Cannabis etiam bigena fit.

Montes in Hipponiaco agro sunt frugiferi, & aprici, pinguesque colles frugibus, vitibus, arboribusque impendio apti, ac benigno ventorum afflatui expositi, valles amænæ, & frugales, extant, & amæna opacave viridaria, singulari quadam voluptate conferta, spirantibus usquequaque undique suavissimis auris. Pascua item, pabulaque ibi florentissima sunt teneris herbis, floribusque virentia perennibus rivis irrigata. Hic etiam varius odor herbarum naribus agnoscitur pecudum pastus, qui flagrans virtute diversa, thuris sentitur inspirare similia. Ac præter cætera provenit versus, ubi dicitur, Porum, sponte sua herbæ ingens copia, qua armenta, gregesque saginantur. Huic tanta pinguedo sa-

ctatur, ut arbitreris simul recurrere palladium liquorem, nisi quod ab illa prasina viriditate niveo candore discernitur. Tunc cadis lacte patentibus, copia illa mirabilis, læto nimium pastore suscepta, cum admisione coaguli in callosam ceperit teneritudinem coadunari, ad pulcherrimum orbem forma producitur, quæ aliquantulum congregata diuturnam casei facit esse substantiam. Quid dicam de coagulis mollibus, quæ sua teneritudine, & suavitate ne-ctarem excedere videntur?

Adde, & nobilium herbarum ad morbos pellendos copiam, proveniunt, & passim spontè nobiles plantæ. Venatio ibi, & accipitium nobiles sunt, & variæ; nam multigenæ quadrupedes stabulantur, & alites nidificant, ut lepores, vulpes, martes, herinacei, testudines, externæ, coturnices, rusticulæ, palumbi, turtures, turdi, merule, ficedulæ, & aliæ parvæ aves. Abundat præterea undiqua arborum fructibus omnis generis, sapidis, & innoxiiis, præcipui saporis. Et præter cætera, poma, seu mila in eo frunt, quæ ibi æstiva appellantur, magna sunt, & præcipui saporis, quæ in arcis asservata mirum spirant odorem, & ægris, ac febre laborantibus innoxia, quæ in ore instat sacchari liquefiunt. Existunt horti nemorosi malorum aureorum, limonum omnium generum, & citrorum arboribus instructi, & amœnitate referti.

Etiam in hoc agro versum Boream, Corum Circiam, & Favonium, clivulus est pulcherrimus, excedens jucunditate Paussilipum, usquè ad mare se extendens. Per totam hanc Oram existunt campi valdè secundi, non in una, vel in paucis, sed in omnibus rebus, nam in frumentis, & leguminibus gignendis sunt valdè idonei; necnon vineta, & reliqua viridaria hyemalibus, & æstivis omnium specierum fructibus exuberantia, aquis pluribus, & per omnia irrigata, undique ab imminentibus montibus descendentibus perspicuntur. In hac Ora diversarum bonitate mirifica specierum vina nascuntur, quæ ubique habentur in pretio. Hac solum optimum fit, quamvis in parva quantitate; quia olim, dum focularum numeratio fiebat, magnam murorum copiam, ob nimiam earum census estimationem, exciderant populi. Propè portus Bibonæ castrum, conficiebatur optimum saccharum quæ industria ob Mercatorum negligentiam derelicta est, non multis ab hinc annis. Per totam hanc Oram maritimam, atque vallem adest innumerabilis copia turrium, & domorum multitudo, ita ut in omni viridario, vel vinea, sua videtur domus, quæ si uniri possent magnam efficerent Civitatem. Viridaria etiam multa plena naran-

tiis,

tiis, malis limoniis, malis medicis omnis generis, & speciei, & gustu suavissimis. Sic etiam non solum terram illam fertilem, verum etiam mare plusquam fertile possidet, tynnis, omnibusque suavium piscum, offreatumque generibus abundans, ita ut multis exteris, veniendi præbet aditum ad piscandum.

Denique per totum Monteleonensem agrum sunt infiniti horti hyemales, & æstivi, ubi videntur Brassicæ, Cinaræ, Barragines, Bettonicæ, Basilicum, Asparagi, Ciminum, Coriandrum, Dracunculus hortensis, Seris, Endivia, Feniculum; Crithmum, Lactuæ, Lupuli, Citrigo, Mentha, Mercurialis, Petrosilium, Pimpinella, Portulaca, Rosmaris, Eruca, Salvia, Sinapis, Spinachium, Cucumis fativus, Pepones, & Cucurbitæ, cæteraque omnia quæ in hortis desiderantur.

Abundat etiam Monsleo frigidarum laticum dulcium, levium, & innoxiarum perennibus scatebris, perspicuisque, quæ passim erumpunt, quas parens ipsa natura ad incolarum commoditatem, & salutem comparavit, quarum principales hic enumerare supervacaneum non erit. Propè Civitatem in loco decliviori fons extat perennis, in media vallis, versus orientem fluens, ad quem tota Civitas aquatum pergit; quove molendini omnes, scilicet viginti, ad molienda frumenta utuntur. Olim talis locus Platiaporus nuncupabatur, de quo mentionem facit Comes Rugerius, *vid. lib. 2. cap. 9. §. 2. vers. med.* Nunc vero tale nomen recessit ab aula, & ab ipso fonte nomen accepit, & absolutè dicitur *la fontana*. A sinistra fontis hujus, adest Civitas. A dextera multa adsunt viridariola cum domunculis, & suis fontibus, ac diversorum generum fructibus, quæ parvum Paulisium efformant.

Extra Civitatem circum circa, millia passuum, & propinquius plurimæ aquarum scaturigines erumpunt. Ac præcipuè, à latere Civitatis, Scrimbia, quæ prius fuebatur in medio Hipponii, & Valentia, *lib. 1. cap. 10.* Tum ante Ecclesiam S. Mariæ de Jesu, tempore Hectoris primi Ducis per subterraneos aquæ ductus, expensis Civium efformatos, quibus postea ob validas hyemis tempestates abruptis, alios terræ ipsa aqua adepta meatus, desivit eo fluere; quapropter Cives anno 1630. ut patet ex epitaphio, *lib. 1. cap. 8. vers. med.* reficientes aquæductus, eam propè S. Mariæ Majoris templum, nunc S. Leonis lucæ nuncupatum, tertid restitendam curavere. In cujus Scrimbiæ laudem *Joannes Paulus Lazarus*, Poeta excellens, ac civis, hæc scripsit carmina.

Tetraſtichon.

*Scrimbia Nympha fui quondam clariffima mundo,
Et nunc perſpicuus fons venerandus ero.
Juppiter, exitum cernens me flere meorum,
In fontem verſit nomine ſtante meo.*

Aliud.

*Scrimbia Nympha fui, fulgens Vibone micante,
Urbe ruente rai, triſtia fata gemens.
Multa me lachrymæ fontem fecere perennem,
Qui ſervat nomen ſempus in omni meum.*

Aliud.

*Scrimbia lata viget lymphis clariffima puris,
Hipponis recto munere facta patens.
Hauriat hoſ ſitiens gelidos de fonte liquores,
Ambroſios potus, nectareosque bibet.*

Aliud.

*Semiſepulta fui quondam, nunc lata pateſco
Scrimbia, Vibona nobilitata manu.
Najades hinc mecum poterunt agitare choreus,
Parnaffi, & linquent, Gaſtalique lacus.*

Diſtichon.

*Scrimbia Vibone vivens gratiffima ſemper;
Mortua ſic etiam profero fontis aquas.
Joannes Baptiſta Iannarius, excellens Philoſophus, ac Medicus,
& Civis, ad eundem fontem.*

Hexaſtichon.

*Nate ego in lacrymas, quam duras amore liquavit
Paſtor, & in venas ſubſilientis aquæ.*

*Vicino sub colle prius contempta jacebam,
Nunc verò hæc, Civis munere, lata suo.
Sum lymphæ tenuis; sed pota salubrior imbre
Idalio, aut illo, qui rigat ora Jovis.*

Extant hæc quoque fontes perennes, & memoratu digni, aqua Sillicis, & Pfyerd, quæ fluebant juxta Hipponii, & Vibonis Valentia: menia, *vid. lib. 1. cap. 10. in fin.* Aqua ducalis; aqua Cervi, omnibus salubrior; Barapta, Sallicia, Cannalicia; Cufellus fons, qui erat intra Hipponii, Vibonisque Valentia: muros, nunc verò ab ultima Civitatis domo parum abest, & est in parte decliviori, mare versus, *vid. loc. cit.* At verò si qui in toto Montisleonis agro qui quàm latissimè undequaque extenditur, fontes perennes, ac salubres à nobis recenserentur, innumeros eos esse inveniremus; nam adeo regio hæc, aquis est irrigua, iisque frequentibus, ut vix credi potest.

Nec deerat tepentium, calidarumque scaturigo aquarum, morbis curandis opportuna; in loco, ubi dicitur *li bagni* (cujus parietum vestigia, non multis ab hinc annis Parochia: Spiritus Sancti Rectoris avaritia destruxit) qui vix medium miliare à Civitate nunc distat. Tempore Vibonis erat in medio Civitatis. Aquæ istæ propter Urbis ruinas perierunt. Et Herculis balnea dicebantur.

Sed quid de Cœli clementia, ac temperie dicam? Habet nempe Monsleō terras hyeme, æstateque vernantes, & amenas, verò quidem humanæ voluptatis loca, aer ibi purus, mitis, & blandus, ubi nec vis rigidæ hyemis, nec solis æstus immensus, terræ virentia perurit, aut incolas fatigat, sed quieta moderatio, compositaque, ac grata temperies, salubri, suavique eos vegetatione sustentat. Ita fit, ut pluries, Aves, Proavoque videas.

Hæc sunt in agro Monteleonensi, quæ diximus, quod non alio referente cognovimus, sed visuali probatione retinemus. Deinde sufficere debet ostensio veritatis, & testimonium Judicis; quia nimis execrabile malum est, si cum aliud noverit conscientia, aliud lingua decernat.

Jurisdictioni hujus Civitatis duodecim subiiciuntur Pagi, scilicet Sanctus Gregorius, qui olim erat Oppidum separatum, *vid. lib. 2. cap. 9. §. 1.* Hic Calistus II. Ecclesiam S. Catharina: consecravit anno 1122., & cuidam rustico, suisque descendentibus jus sepulture sine solutione aliqua in perpetuum, concessit, ex qua *mi-*

milia mulier quædam hodie anno 1708. tantum superest. Item Sanctus Nicolaus, Pignus, Zammardò, & S. Blasius, olim ejusdem S. Gregorii suburbia. Item Piscopiuss Vena superior; Vena inferior; Tryparonum, seu Tryparnum, ubi lapis spicularis nascitur; Sanctus Petrus, sic dictus à Sanctissimo Apostolo Petro, qui Vibonem Valentiam ad fidem perduxit, ut diximus, lib. 2. cap. 4.; Longoburgum, cum liniis non ignobilibus; & Menochyronum, secundum *Capitalium cap. 8. pag. 38.* Quibus olim annectabatur Stefanaconium, & Demetrium, quæ deinde à Regibus se juncta fuerunt, & sub feudi titulo suis concessa familiaribus. Verum Monteleonenfes, ne juri suo cessisse viderentur, Cives, qui quidem majorem agrorum partem ibi possident, censum annum Regium super bonis eorum ab illis constitutum Montileoni reddere cogunt; idque multis annis cum observatum fuisset, & nunc observetur, non obstantibus feudorum privilegiis, & litibus, res tandem in præscriptionem devenit. Nunc Stefanaconi Dominus est Dux Cirifalci, qui etiam hanc motus est litem; sed videns se nullam habere rationem, tandem cessit, & inter ipsum, & Montisleonis Universitatem, per publicum instrumentum, per manus Notarii Joseph Monterosso à Phyllocasio die 27. Maii 1705. rogatum, ut antiqua in suo robore maneret consuetudo statutum est.

Non pigebit doctas, quasdam epigraphas obiter hic inferere, quo studiosum lectorem varietate cognitionis antiquæ nonnihil recreem. Reperies in quadam domo, quæ mœnis Civitatis inheret, & propriè januæ, quæ plateæ dicitur, plura epitaphia Romana, antiquas etiam cyfras, è quibus hæc.

..... ITES.....
 FIERI.....
 MFANN.....

Aliud.

D. M. S.

In dextera faxi
 ejusdem, non
 procul, caput
 marmoreum vi-
 debis.

ATILIA HYGIA.
 VIX. ANN. XXXV.
 ATILIUS EVHCDV.
 CONJUG. B. M. F.

Aliud.

Aliud.

D. M. S.

SEGULIO. C. F. CAM.
 TIFLANO.
 ALEXANDER. L. ERGA. SE
 BENEMERENTI. DE. SUO. FECIT.
 C. SEGULIO. ALEXANDRO
 MALLIAE ZOTINI
 C. SEGULIO. AMILLO. V. A. XXVII.
 H. M. S. S. E. N. S.

Aliud.

D. M. S.

In dextera, sed
 alio in lapide,
 tres homuncu-
 los videbis, quo-
 rum duo, arbore
 ibidem in sculpto
 se interponente,
 manus sibi invi-
 cem neſtunt.

LUAGELLIUS. FELIX.
 VIXIT. ANN.
 XXXVIII.
 CONIUX. B. M. F.

Aliud.

D. M. S.
 COTTIA
 FELICULA
 VIX. A. LVIII.
 FIL. MATRI.
 B. M. F.

Aliud.

D. M. S.
 MUNATIA
 LIMENE
 VIX. AN. XXX.
 FILIUS. MATR.
 PIENTISS. M. F.

Aliud.

Aliud.

A. E. M.
 FORTUNATUS.
 EXT. F. I.

Aliud.

Emeritus miles, spoliisque ex hoste superbus
Ablatis, retulit multa trophæa domum.
Inde decus Patriæ; Galeazus condidit, effet
Et sibi grata quies, hoc Capialbus opus.
Montisleonis die X. Aprilis II. Ind. 1514.

Moderata



durant.

Supra hoc epitaphium Idolum quoddam, manibus, pedibusque
præcis, videtur.

Supra Idolum. Aliud.


CALFIDIUS.
 C. ET CONLIB.
 CHRYSANVS.
 VIX. ANN. XI.

Aliud.

CRATO
 VIX. AN. XXXV.
 PARENTES F.

Aliud.

Aliud, supra ejusdem Palatii januam.




AUGUSTO

In horto illorum de Signoretta. Aliud.

G. T. G.
MARC.
RILLA
L. D.

In quadam domo, quæ ab illis de Onemma possidetur sequentem inspectabis cyfram.



Nonnulla alia epitaphia, vide *lib. 1. cap. 9. & cap. seq. 5. 1. & 2.*

S

CAP.

CAP. IV.

De Paræciarum, Monasteriorum, Monialium Conventuum, Xenodochiorum, Montium Pietatis, Confraternitatumque foundationibus. Necnon de quibusdam Ecclesiis notatu dignis.

§. I.

De olim S. Basilii Monasterio, ac Paroeciis.

Omnium antiquissimum Templum, ante Vibonis destructionem erectum, sub titulo S. Mariæ Majoris, seu ad Nives, ab initio fundatum est; olim D. Basilii Monachorum Cenobium, nunc Ecclesia Mater, cum suo Archipresbytero hanc Paroeciam gubernante. Aliter, Sancti Leonis lucæ Delubrum ab omnibus vocitatur. Cujus Sacratissimum corpus ibi latet, ut dicemus, *cap. ultimo*. Hinc de Monasterio prius differendum est, inde de Paroecia.

Cum primum Patriarcha Basilii anno salutis 363. suam de institutione Monachorum Regulam constituisset, aliquos alumnos sectatores destinavit suos ad Monasteria fundanda, tum in Sicilia non pauca, tum in Calabria, olim Magna Græcia dicta, *vid. lib. 1. cap. 7.* Quorum unus, Sanctus videlicet Petrus Divi Basilii, sanguine, Religione, Episcopali dignitate (fuit enim deinde Episcopus Samaritæ) ac spiritu frater anno circiter Vibonæ Sacram fundavit ædem sub invocatione S. Mariæ Majoris. Vbi Beatissimi Patris Basilii instituta diu integra, illibataque servata præcipuè non pauci illustrare. Ibi deletis Pythagoræ, & veterum Philosophorum monumentis, Sancti Basilii disciplina eni-

enituit. Ibi, tanquam in altera Ægypto Sancti florere multi, de quibus, quorum memoriam habemus, *cap. ult. agemus*. Bonus odor proxima oppida, suaviter emanans, occupavit; missisque Monachis, veluti Coloniis, pari celebritatis, ac sanctimonie fama inclaruere.

Anno postea 827. ex Africa in Siciliam traicientes Saraceni, sicula potiti sunt Insula. Calabria, ut proximior loco, hostilem sensit impetum, Oppida vidit dari flammis, & ferro, præcipuè maritima. Sicilia, & Calabria vidit perniciem multorum illustrium Monasteriorum: In Vibone quidem præfatum Monasterium solo adæquatum anno 850. *vid. lib. 2. cap. 4.* novis fabricis postea devotorum pietas bis, denuo Saracenis irruentibus, restauravit, & à fundamentis erexit.

Denique anno 983, circiter, incendio datum est à Saracenis, sicut, & ipsa Vibona Ecclesia tamen penè intacta remansit, & desolata, quam exiguus populus, qui supererat, in Paroecialem Ecclesiam mutavit. Hic antiquitus in Ara maxima asservabatur S. Mariæ Majoris statua tantum, sed hodiè, ipsa posita est in parte superiori ejusdem Aræ, in medio verò mira effigies S. Leonis lucæ (Quem Augustinus Cannata pius Civis, sicut sibi apparuit pinxit) quæ ab Altare, quod in latere Ecclesiæ dextro, nuper exposito, in secunda Cappella est, insuper incipiendo, ibi delata fuit ab Ascanio Gatti, meo avunculo, dum Urbis præfecturam anno 1693. inter Nobiles regebat.

Retro majus Altare, in quodam lapide marmoreo, effigiem defuncti Sacerdotis repræsentante, sequens cernitur inscriptio, caractere longobardo.

Hæc est sepultura Cappellanorum Ecclesiæ S. Mariæ Majoris de Monteleonis, quorum animæ eorum requiescant in pace. Anno Domini 1349. Amen.

A dextris Altaris S. Mariæ Gratiarum, in lapide caractere longobardo insculptus, legitur.

Hoc opus præsentis Cappellæ, denominatæ Sanctæ Mariæ de Gratia, fieri fecit Egregius Dencius de Suriano de Civitate hac Montisleonis sub anno à Nativitate Domini 1488: diè 29. mensis Maii, 6. Indiæ.

In Cappella Sanctæ Mariæ Pietatis, supra tumulum lapideum hæc leguntur.

Tumulus Sacerdotis Gabrielis Romani.

*Collega Hipponii Gabriel cum dote Sacellum
Romanus statuens hoc sacer ossa dedit.*

Anno Domini 1526.



Postea, ut undè exivit sermo redeat, majorem in numerum populi crescentes, quatuor Rectores Cappellani nuncupati in ipsa Paroeciali Ecclesia destinati sunt: Et pro eorum, qui intra Civitatis mœnia restringebantur, utilitate vetustam Sancti Petri Ecclesiolam, ni fallit traditio, à Calixto II. consecratam, in Paroecialem adiutricem erexerunt.

Exindè anno 1519. obtinentes Cives à Leone X. sequens diploma, Paroeciam S. Michaelis, urgente populorum majori commoditate, à fundamentis exædificaverunt; & illam Sancti Petri destituentes, hanc octo Cappellani, ab eodem Leone X. destinati, inhabitaverunt, & per hebdomadam regebant.

*Leo Episcopus, servus servorum Dei. Ad
futuram rei memoriam.*

EX debito Pastoralis officii ad ea libenter intendimus, per que in singulis divini cultus augmento, & animarum salutis op-
por-

portunè consuletur, & scandalis obijetur; & his, quæ propterea facta fuisse decernitur, ut firma perpetuè, & inconcussa permaneant, cum à nobis petitur, Apostolicæ adicimus confirmationis firmitatem, prout per sonarum, & locorum qualitati in Domino conspiciamus salubriter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Universitatis Civitatis Montisleonis, Militenfis Diœcesis, exhibita nobis nuper petitio continebat, quod alias dilectus filius noster Andreas Tituli S. Priscæ Presbyter Cardinalis, qui etiam Cathedra-
 li Militen. ex dispensatione Apostolica præesse dignoscatur, providè considerans, quod numerus incolarum, & habitatorum dictæ Civitatis, benedicente Domino, adeo excreverat, quod quatuor Rectores Cappellani nuncupati, per quos Parochialis Ecclesia dictæ Civitatis regi hætenus consueverat, ad deserviendum eidem Parochiali Ecclesie in divinis, & curam animarum incolarum, & habitatorum dictæ Civitatis debitè exercendum nequaquam sufficiebant, & præfata Parochialis Ecclesia facultates, propter ipsorum Universitatis incrementum, etiam in tantum erant auctæ, ut ex illis quatuor alii Cappellani se poterant commodè sustentare; ac cupiens Divinum cultum, & ministrorum Ecclesiasticorum numerum in dicta Parochiali Ecclesia cum Universitatis hujusmodi speciali consolatione, augere, & ampliare, ipsorum Universitatis supplicationibus inclinatus, sua ordinaria auctoritate quatuor alias portiones in dicta Parochiali Ecclesia pro quatuor aliis Cappellanis, qui illius regimini, unè cum cæteris quatuor dictas portiones pro tempore obtinentibus, pari conditione, & absque ulla penitus differentia interesse, & ibi in divinis deservire, incolarumque, & habitatorum prædictorum animarum curam exercere, prout Cappellani dictas quatuor antiquas portiones pro tempore obtinentes consueverant, & potuerant, possent, & deberent, perpetuè erexit, & instituit; & ipsius Ecclesie fructus, redditus, & proventus in octo æquales portiones divisit, ita quod cedentibus, vel decedentibus simul, vel successivè quatuor tantum dictæ Ecclesie Cappellanis, in locum cujuslibet eorum cedentis, vel decedentis, duo alii Cappellani, tam quo ad regimen Parochialis Ecclesie, & curam animarum exercitandam, quam quo ad fructuum, reddituum, & proventuum perceptionem, & hujusmodi administrationem instituentur; dictorumque octo Cappellanorum præfata Parochialis Ecclesie regimen pro tempore gerentiam, octavum eorundem fructuum, reddituum, & proventuum partem præ sua sustentatione annua, quilibet perciperet: Necnon quod nullus in Cappellanum dictæ Parochialis Ecclesie ad
 illius

illius regimen admitti possit, nisi de eadem Civitate esset oriundus statuit, & ordinavit, prout in suis authenticis desuper inscriptis litteris dicitur plenius contineri.

Cum autem, sicut eadem petitio subiungebat, portiones huiusmodi pro tempore obtinentibus, cura animarum Civitatis, & servitii Parochialis Ecclesie prædictorum prorsus immineat; & præterea, tam incolæ, & habitatores dictæ Civitatis, quam ipsa Parochialis Ecclesia illorum præsentia carere, sine spiritualis salutis dispendio, nec possent; & si forenses ad huiusmodi portiones, admitterentur facile posset contingere, quod nulli, vel pauci ex eis huiusmodi in dicta Parochiali Ecclesia personaliter residerent: Presbyteri quoque alienigeni, propter gravia per eos, vel pro eorum occasione, alias in dicta Civitate commissa scandala, dictis incolis usque adeo sint insens, ut illorum opera præfata incolæ in Sacramento confessionis parum quieto animo uterentur; possent etiam ex eorundem alienigenarum Presbyterorum ibi residentia majora præteritis scandala sequi; quæ inconvenientia cessabunt si creatio, ac statutum, & ordinatio huiusmodi de dictis portionibus non obtinendis, nisi per ex dicta Civitate oriundos, quos amor Patriæ, & parentum, ac rerum commoditas ad residendum in propriis habitationibus, & greges eorum cum omni diligentia, & mutua charitate pascendum facile indacit, suum fortiantur effectum. Pro parte eorundem Universitatis nobis fuit humiliter supplicatum, ut erectioni, statuto, & ordinationi prædictis, pro eorum subsistentia firmiori robore, Apostolicam confirmationem adiacere, aliasque in præmissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Nos igitur Universitatem huiusmodi, & illius singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innotati existunt, ad effectum præsentium damtaxat consequendum, harum serio absolvendos fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica, tenore præsentium, erectionem, institutionem, statutum, & ordinationem prædictas, ac prout illa concernunt exposita in dictis litteris contenta, sine alicujus præjudicio, approbamus, & confirmamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere debere decernimus supradictos omnes, & singulos, si qui interveniant in eisdem. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Consiliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibus-

cun-

*cunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ
absolutionis, approbationis, confirmationis, & decreti infringere,
vel ei ausu temerario contraire; Si quis autem hoc attentare præ-
sumpserit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, &
Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud
Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1519. quinto Idus
Augusti, Pontificatus nostri anno septimo.*

Sanctus Petrus. Sanctus Paulus.

Leo Papa X.

Tandem die 15. Maii 1632. attenta toties populi supplica-
tione, & conquesu, & consideratis animarum periculis ob loci di-
stantiam, & multitudinem, dum repentini morbi eveniebant, &
infirmities, ex quo non ita de facili ab uno Rectore hebdomada-
rio visitari, & provideri poterant, Illustrissimus Episcopus Mili-
ten. D. Mauritius Centinus duas alias nominavit Paroecias, Ec-
clesiam scilicet Spiritus Sancti, vide hic §. 14., & antiquum Delu-
brum vetustissimæ Confraternitatis (quæ, amisso indulgentiarum
antiquo diplomate, à Sanctissimæ Trinitatis Archiconfraternitate
Romana die 21. Maii anno 1631. in indulgentiarum, ac Privile-
giorum participatione aggregatur) Sanctæ Mariæ de Succurso,
quod anno Domini 1600. ex parva in ampliori forma inchoare
Cives. Angusta nimis erat præfata Ecclesia Parochis à Confratri-
bus concessa, quæ, ut antiqui Cives nobis retulerunt, ab antiquiori-
bus edocti, ac scripturæ Paroeciæ insinuant, sita in ea parte erat ubi
modo est sacristia, qua solo postmodum æquata, novum magnifi-
cum Templum ibidem constructum est, adiutrices manus porri-
gentibus inter ceteros Nobilibus plurimis, aliisque nonnullis Ci-
vibus. Et ex illis octo Parochis cuilibet Paroeciæ binos præfatus
Episcopus attribuit, atque assignavit. Et sic observatum est usque
ad Illustrissimi D. Gregorii Panzani Episcopi Militen. tempus, qui
pro quatuor Paroeciis recensitis quatuor Rectores stabilivit: Et
sic hodie servatur.

§. II.

De Conventu S. Francisci Ordinis
Conventualium.

Monasteriorum nunc existentium vetustissimum est, quod sub titulo S. Francisci, in loco, ubi in parva Æde hodiè Sancta Maria Magdalena adoratur, quidam S. Francisci Affilinis discipulus construxit. Cujus tamen originem refert *Rodulphus fol. 279. Convent. Montisleon.* ad annum 1280. Nicolaus III. Sum. Pont. scripsit ad Montisleonis Guardianum, inquit *Frater Luca, Uvadingo in Annales Minorum tom. 2. ann. Christi 1280.* Et etià Fratres ejusdem Conventus à Caroli I. Regis Neapolis tempore, qui regnavit ab anno 1266. usque ad annum 1282. culturam possidebant *Camberlingo* vocatam, (erat enim magni Camerarii, & ab ipso cognomen sumpsit) dicendum, cum eodem *Uvadingo*, jam in nostra Urbe obtinuisse Fratres Conventuales domicilium. Fortassis prius in aliquo humili tuguriolo, vel conductitiis habitabant Ædibus, & sub illo anno, quem assignat *Rodulphus* novum ex religioso more Cœnobium eis construi cepit ex comunibus nostrorum Civium facultatibus in loco jam recensito, qui tunc dicebatur *Casulino*. Universitas nostra obligavit se ad solvendum pro subsidio annuo viginti libras, promisitque cetera, quæ ad vitum erant necessaria se adiectionem juxta vires suas.

Anno tandem 1337. die 20. Aprilis (*Rodulphus*, & *Uvadingo* mendosè dicunt anno 1277. Fuit error impressoris: Colligitur ex quibusdam tumulorum inscriptionibus, statim ponendis) sub Ruberto Utriusque Siciliae Rege, ac Fratre Bartholomeo à Monteleone Guardiano, obtento Illustrissimi D. Gotifredi Episcopi Militen. consensu (cui Fratres, salvo jure transferendi defunctorum ossa, priorem vendiderunt locum) mutarunt sedē, & abierunt ad præfatum locum *Camberlingo*. Primum lapidem idem Episcopus benedixit, atque ejecit; & sic novum erexerunt Monasterium, sub Sanctissimæ tamen Annunciationis patrocinio.


Conventus, Ecclesiæque antiquitas ad certam meliorem formam hodiè redacta est; quamquam in sinistro latere templi, scilicet in quatuor Cappellis, memoria vetustatis appareat. Vide-
licet

licet quatuor sepulchra marmorea ex familiis jam extinctis.

In primo, quod est Choro propinquior, hæc legitur inscriptio, caractere longobardo, sicut, & in cæteris.

Anno Domini 1346. 14. Indict. hanc sepulturam fecit fieri Dominicus de Sirica Miles, in qua permittente Jesu Christo Filio Dei sepelietur in pace. Amen.

Stemmata in eodem tumulo insculpta sunt sequentia.




Cappellæ titulus est sub invocatione S.Catharinæ V. & M. Hodiè possidetur à familia *Crispo*, & Patritiis.

In secundo.

Anno Domini 1347. 15. Indictionis, hanc sepulturam fecit fieri Dominus Joannes de Monte viridi, in qua permittente Jesu Christo Filio Dei vivi sepelietur in pace, & luce. Amen.

Insignia videas in sequenti figura.



Cappella sub invocatione S. Joannis Baptistæ ab initio elata fuit; quam, sed etiam sub titulo S. Laurentii Martyris, possidet familia Bisogni, ex Patritiis.

T

In

In tertio.

Anno Domini 1346. 14. Indictionis, hanc sepulturam fecit fieri (*hic erat Regius Judex, seu Assessor*) Nicolaus de Gervasio de Arenis, in qua dante Jesu Christo Filio Dei sepelietur in pace, & luce. Amen.

Stemma videri potest in hoc schemate.



Adoratur in Cappella S. Leonardus. Nunc possidetur à familia Capialdi, ex Patritiis.

In quarto.

Anno Domini 1347. 15. Indictionis, hanc sepulturam fieri fecit Antonius Ruffus, in qua permittente Jesu Christo Filio Dei sepelietur in pace. Amen.

Insignia sunt hæc.



In Altare Sanctus Antonius de Padua adoratur . Possidetur hodiè Cappella ista à familia Attifani, ex Patritiis.

In Ecclesiæ Choro quatuor pluribus adornatus imaginibus venustissimis, & in Monasterio, quorundam Sanctorum frustra aservantur, ut frustum S. Crucis, digitus S. Stephani, & Sancti Agatii, intra reliquiarium ad arboris formam constructum. Viros illustres in hoc Cœnobio florentes, sicut & in aliis, vide *cap. ult.*

§. III.

De Conventu Sanctissimæ Annunciationis, Eremitarum S. Augustini.

Eremitarum Sancti Augustini Cœnobium, regnante Serenissima Domina D. Joanna II. Regnorum tamen ejus anno 20. & Ludovico III. ejus unico filio, Regni Siciliæ futuro tunc Rege, ab Eugenio IV. Sum. Pont. nono Kalendas Julii, anno Incarnationis Dominicæ 1433. Pontificatus sui anno tertio, confirmatum est. Nam cum pro parte Uaiversitatis Civitatis Montisleonis, necnon Joannis de Paula, ac Jacobi de Polo, Joannis de Bulcino professorum ejusdem Ordinis, eidem Sanctissimo Patri exhibita fuisset petitio, quod alias Jacobellus Bonignore Civis providè considerans, quod ipsi incolæ pro eo maximè quod ad Parochialem Ecclesiam, vigentibus præsertim temporibus illis guerrarum turbantibus,

bus, propter nimiam illius à murorum circuitu nostræ Civitatis distantiam (Parochialis Ecclesia tunc erat Sancta Maria ad Nives; licet, etiam Ecclesiola S. Petri, tanquam grangia, utebantur Cappellani, *vid. h. c.* §. 1.) securè accedere non valebant in missis, & aliis Divinis Officiis audiendis, plurima suscipiebant incommoda, illisque interdum penitus carebant, Illustrissimi D. Jacobi Episcopi Militen. licentia, & potestate in hac parte suffultus, nonnullas ad ipsum Jacobellum tunc legitimè pertinentes domos in Conventu Fratrum Ordinis Eremitarum S. Augustini, qui exemplo piæ vitæ, ac alias in sermonibus, necnon hujusmodi missis, & Divinis Officiis incolis proficerent antedictis, sub vocabulo B. M. V. ab Angelo salutata, erexit pariter, & construxit; quem postmodum prædicti Religiosi exponentes, animo, & intentione pro præmissis ad Sedem Apostolicam habere recursum, tanquam Cappellani per eundem Episcopum inibi positi, & non aliter, de eorum tamen Superiorum licentia laudabiliter inhabitaverunt, prout habitant etiam de præsentibus.

Quare pro parte Universitatis, & incolarum, ac aliorum exponentium prædictorum, etiam afferentium, quod intra nostræ Civitatis mœnia, tunc integra existentia, nulla alicujus Ordinum domus existeret, eidem Eugenio IV. fuit humiliter supplicatum, quatenus erectioni, & constructioni hujusmodi pro illarum subsistentia firmiori, robur Apostolicæ confirmationis adiacere, & alias eis, & eorum statui opportunè providere de benignitate Apostolica dignaretur. Undè Abbas Monasterii Sanctissimæ Trinitatis Militensis de præmissis omnibus, & singulis, & eorum circumstantiis universis diligenter informatus, & repertis veris, erectionem, & constructionem prædictas, ejusdem Pontificis autoritate, approbavit, & confirmavit eodem anno.

In Ecclesia hæ reliquæ asservantur, scilicet frustra Crucis Dominicæ, ac ossorum brachii S. Gregorii Thaumaturgi. Olim Beatae Mariæ Virginis capillus adorabatur, sed nunc latet.

Augustiniani cum Fratribus Conventualibus pari passu incedunt in publicis processionibus; Conventuales, cum sua cruce, à dextris, Augustiniani à sinistris. Nam orta inter ipsos discordia circa loci præcedentiam, tandem die 24. Aprilis 1507. Pontificatus Julii II. anno tertio, F. Dominico de Monteleone Guardiano Conventus S. Francisci, Custode verò P. Baccalaureo F. Francisco ejusdem Ordinis, & Civitatis; ac P. Matthæo Priore S. Augustini, & Cive, ad supradictam transactionem, concordiam, & conventio-

tionem, semper, & omni futuro tempore inter eos duraturam, actu publico, per manus Notarii Mariani Piacenti roboratam, de-
venerunt.

§. IV.

De Conventu S. Mariæ de Jesu, Minorum de Observantia S. Francisci.

Beatissimo Patri Leoni X. Pater Vicarius, & Fratres Ordinis Minorum de Observantia, ejusdem Pontificatus anno nono, exponi fecerunt, quod Excellentissimus Hector Pignatellus, tunc Comes Montisleonis, ob singularis devotionis affectum, quem ad prædictum Ordinem gerebat, & uberes animarum fructus, quos ex eorum exemplari vita, & assidua Divinorum celebratione proventurus sperabat, terrena in Cœlestia fœlici commercio commutare satagens, Cœnobium quoddam pro ipsorum usu, & habitatione, sub titulo ab eodem Hectore assignando, scilicet S. Mariæ de Jesu, in nostra Civitate ædificare intendebat; proindè præfatus Pontifici humiliter supplicare fecerunt, ut iisdem Fratribus Conventum prædictum recipiendi licentiam, & facultatem concedere dignaretur. Summus Pontifex, qui Divini cultus incrementum suis potissimè temporibus ubique fieri desiderabat, libenter die 10. Maii 1521. annuit, ut prædicti Fratres Domum præfatum recipere, ac de cætero retinere, & inhabitare possint, prout, & fecerunt anno sequenti.

Monasterium est amplum cum atrio undique lapideis columnis circumdato, tricliniis etiam pro infirmis, & innumeris cubiculis usui Fratrum adaptatis; sic etiam copiosissima omnium scientiarum bibliotheca; est enim studii, ac pulpiti generalis locus. Templum quoque magnificentum, & pulcherrimum cum ara maxima ex marmore colorato, ac marmoreo tabernaculo, quatuor columnis porphyridicis, duobus alabastrinis columnellis, tribus Iconibus, Matre scilicet Dei, Sancta Maria Magdalena, (admirabile opus, ac inextimabile, ut vix credi potest), & Sancto Joanne Evangelista, ex candido porphyte confectis, communium videtur. Supra Aram quoque frustum ligni, veræ, & Sanctissimæ Crucis, Cruce crystallina clausum ab omnibus magna cum devotione ad-

ratur. Præterea à dextris, & à sinistris templi plurima extant altaria pretiosissimis imaginibus, sapientissimè depictis; Conceptio B.M. Virginis, Imperati de Flandria opus; Annunciatio ejusdem Matris Dei, opus Theodori de Flandria; tres Sancti Magi in Ara à cornu Evangelii Majoris Altaris; simulachra Sanctæ Mariæ, & Sancti Lucæ Evangelistæ ex candido marmore, à dextris, & à sinistris ingredientis in Ecclesia: Christus tandem crucifixus, qui simul, & icones, columnæ porphyridices, & alabastrites, cum duobus campanulis in campanile positis (quarum una, ut suggerit traditio, ingemuit in morte Redemptoris, sonum efferendo) à Rhodo Civitate huc delatæ sunt, refert hoc etiam *Carolus de Lellis part. 2.* de familia Pignatella differens. Nam obtinente Rhodum Turcarum Tyranno, Equites Divi Jacobi ope supradicti Hectoris Melitam Insulam à Carolo V. Imperatore consequuti sunt; quapropter Eminentissimus Magnus Magister, grati animi gratia, supradicta munera eidem Hectori dedit.

In Claustro Oratorium non inelegans, plasto, ac pictura ornatum anno 1678. pietas Civium erexit. Intra Ecclesiam verò duæ sunt Confraternitates, Conceptionis scilicet B.M. Virginis; & Sanctissimi Crucifixi: Illa incepit die 27. mensis Junii anno 1580. Gregorii XIII. anno nono; hæc 21. Aprilis anno 1670.

§. V.

De Conventu Conceptionis B. M. Virginis, Ordinis Cappuccinorum.

Quoniam Cappuccinorum societas è Calabria originem traxit, si parumper ab eo, quod initio proposuimus, tum delectandi gratia, tum horum virorum sanctitate digrediemur, & aliquod de hac nova, ac ultima Calabria Religionis societate dicemus, pergratum omnibus fore credimus. Itaque annis fere post natum Jesum Christum 1500. erat Vir natione Calaber, Patria Rheginus, Ludovicus nomine, ex Societate S. Francisci Assisinas, quæ Minorum, & observationis dicitur; huic erat domesticus usus, & consuetudo cum cive suo Georgio ex eadem societate; ex animo amici, verè benevoli, & fideles erant; & unus quasi animus ex duobus factus, ut idem semper vellent, nihil sese plus.

plusquam alterum alter diligebat, similitudo morum illos conjunxerat, erant enim copulati summa vitæ integritate, innocentia, gravitate, & sanctimonia, qui cum leges, cæteraque omnia S. Francisci sui auctoris lætitassent, se dicebant à suis majoribus, multum degenerasse, ob idque, Deo, ipsique S. Francisco infensos esse videbant. Itaque sanctius vivere cupientes, societatem cum illis dirimunt, & libere vivendi in Conventibus Terræ novæ Calabriae Ulterioris, S. Sergii Civitatis Tropææ, & S. Philippi Terræ Quinquæfrondium licentiam, à Ministro concessam habentes, mutato vestimenti genere, à seipsis non discesserunt, renovarunt, & instaurarunt omnia S. Francisci societatis auctoris, quæ propter vetustatem obsoleverant. Hæc renovata, & instaurata celebrabantur in Calabria; multi cum Ludovico societatem coibat.

Franciscani hæc videntes, post varios casus, tandem Ludovici, & Georgii nomina, anno 1529., deferunt ad F. Joannem Pissotto totius societatis Ministrum, quem Generalem vocant (aversissimo enim animo illos à seipsis esse videbant.) Hic malè de ipsis sentiens, illos corpore divisit, sed non mente. Interim, anno 1530. vel 1532., eis conceditur, autoritate Apostolica, & indultum, quatenus una cum aliis possent extra Ordinem, juxta regulam Fratrum Minorum vitam eremiticam agere. Apud Philocassium, quod à Monteleone sex. m. pas. distat, ubi à Nocerorum Duce protegebantur, prædictum indultum indè executioni ponunt intra Ecclesiam Fratrum Prædicatorum, caputium, in extremitate acutum, ipsius Ducis uxor propriis manibus defecans, Sacris vestibus se induunt, & Ludovicum, quamvis reluctansem, in Generalem eligunt, & *Te Deum Laudamus* cum Fratribus Prædicatoribus ad invicem canunt, & sic ibidem, eodem anno, fundamenta Ordinis jecerunt.

Hoc audientes præfati Franciscani ad Pont. Max. Clementem VII. confugiunt, & multa palliatè contra novos Eremitas loquuntur; eorum suasu jussit Pontifex, ut Ludovico, sociis, & omnibus, qui hospitio eos acciperent, affarentur, salutarent, facrum ignis, & aqua interdiceretur. Ludovicus una cum nonnullis sociis nullius sibi criminis conscii esse intelligentes, magnum animum, bonamque spem in Deo, in Maria Virgine, & in Francisco habendo, interim Philocassii morabantur. Ibi dominabatur Ferdinandus Carrafa Nuceriorum Dux, qui habebat Hieronymam Borghiam Matrem, & Eleonoram Concubiletem uxorem, quæ mulieres piissimæ, & summa in Deum, & in Religiosos, integerrimæque

que viros pietate nitentes, legis pœna deduci non potuerunt, quominus officium præstarent, Ludovicum, & socios tecto, ædibus suis receptos inclusos, & abditos latentes in occulto annum retinerent, tandiu dum inimicorum ira deferberet, & omnes Ludovici, & sociorum sanctissimè actam vitam habuerint perspectam. Tandem Clemens VII. Pont. Max. Lodovico, sociis, atque omnibus, qui adiumento iis fuerunt, mitigatus, ac reconciliatus, & in gratiam ex inimicitis receptis indulxit, bona precatus, & vivendi potestate, ut velint, sociorum adiungendorum data privilegia irrogavit, & divina multa tribuit beneficia. Hæc omnia postea Paulus III. Pont. Max. comprobavit.

Ludovicus, & socii omnibus lætitiis affecti, Christo, Mariæ, & Francisco à quibus conservati erant, gratias agentes, Rnegii, Sicilia, & in tota fere Italia casas, hoc est ædículas ædificarunt.

Et Monteioni, ut ad institutum redeamus, anno Christi 1533. in loco decliviori extra Civitatem, ubi hodiè corrupto vocabulo dicitur, *li Cappucci vecchi*, sub titulo Sanctissimæ Annunciationis.

Sed hic, cum aere non adeo salubri laborarent, instante Excellentissimi D. Fabritii Pignatelli uxore D. Hieronyma Pignatelli nuncupata, alter Conventus, proximior Civitati, & in parte superiori erectus est anno 1631. sub titulo Conceptionis B. M. Virginis, subministrantibus fundum, & expensas, elemosynis communibus, nulla tamen facta retensione domini. At non multo post, vetere relicto, (quem cum attinentiis suis Fratribus Prædicatoribus vendiderunt) ad novum commigrarunt, ipsumque amplificare ceperunt; qui nunc est longè pulchrior forma, cellarum numerositate, infirmaria, advenarum hospitio, claustro duplicato, horto, ac nemore parietibus undique septis, & denique capacitate amplior. Habet copiosissimam pro Sacerdotibus, studentibusque bibliothecam, ac officinam aromatarum pro infirmis. Est studii locus. Et cum sit quasi in corde totius Provinciæ, locus est omnium ferè Congregationum, & Capitulorum Provincialium.

Ecclesiam quatuor Cappellis, à latere dextro respectu ingredientis in ipsam, ad modernum usum constructis, cum suis Iconibus, ac sculpturis decoratam habet, quæ die 15. Maii 1704. ab Episcopo Militensi, propriis sumptibus, fuit consecrata. In Ara majori multa Sanctorum frusta asservantur. A parte dextera insignis reliquia, scilicet totum brachii os S. Theodoræ; item Sanctorum Laurentii, Felicissimæ, Joannis, Montani, Concionillæ, Vitalis,

talīs, Massimi, Eugenii, & Fidelis Martyrum frustra. In cornu Epistolæ, totum brachii os Sanctæ Victoriæ; item frustra Sanctorum Floræ, Faustæ, Candidæ, Benignæ, Faustinae, Honestæ, Theodoræ. Omnes intra duo reliquiaria ad modum arboris, artificiosè constructa.

In hoc Conventu quadraginta Fratres ad minus sunt de familia. A Deo, hominibusque adiuvantur Viri ij, cum sint omnis virtutis, pudoris, innocentiae, veteris Sanctitatis, & priscæ severitatis exemplum. Intra Urbium muros habitare nolunt. Uno vestitu, quo die, noctuque totum corpus tegunt, induti sunt; & laevis, servilis, asperior quam cilicium, quem, ne otio languescant, propriis manibus in eodem Conventu texunt, ac etiam vestes discissas refarciunt, vel fodiunt. Super stramentum dormiunt. Guardiano, quem vocant, se totos dedunt. Nihil cujusquam proprium est; ultrò in summa mendicitate sunt, & aliena misericordia vivunt. Nummos non attingunt; ostendunt quam parva, & quam pauca sint, quæ natura, quæquæ religio Christiana desiderat. Vescuntur caseo, carne, ac omnibus escis. Habent sæpè suas inedias, quæ jejunia appellantur. Contemplationem actioni anteponunt. Hominem peccata confitentem, sine Sacræ Congregationis dispensatione, non audiunt. De Religione Christiana concionantur gratis, cibo, & eleemosynis spontè oblati sunt contenti. In suis templis musicam non tractant, neque cantare, nec psallere discunt. Sunt denique viri justī, modestissimi, ac penè humiles, vita duri, corpore inculto, horrido, & duro. Hæc ferè de hac Societate dicere debuimus. Ludovicum denique (quod ferè obliiti eramus) Philocastri, quod est Oppidulum in Calabria, humatum, ex vita sanctissime acta, & ex multis, divinisque beneficiis ab ipso post mortem profectis, & ex rebus novis, & inusitatis in ejus sepulchro factis, in Cælo esse certò scientes, Venerabilem appellamus, nondum enim Sanctis numeratus est, licet à sua Religione Beatus vocetur. Obiit anno Domini 1537. ætatis verò suæ 70. alibi 80. mense Martii.

§. VI.

De Conventu S. Dominici, Ordinis Prædicatorum.

A Nno Domini 1543. Pontificatus Pauli III. anno decimo, Regnante Carolo V. Imperatore Invictissimo, pro parte Magistri Francisci Castellionensis, Vicarii Generalis Fratrum Prædicatorum, & Excellentissimi Hectoris Pignatelli Montisleonis Ducis II. necnon Universitatis, & hominum ipsius nostræ Civitatis, eidem Sanctissimo Patri exhibita fuit petitio, contioens, quod ipsi zelo devotionis accensi, ac ut Religio in Civitate prædicta propagationem, & divini cultus augmentum cum animarum salute, & hominum ipsius spirituali consolatione susciperent, cupiebant in Ecclesia Confraternitatis S. Antonii Abbatis de Vienna (quæ hodiè recessit ab aula, & vigent Sanctissimi Rosarii, & Sanctissimi Nominis Jesu Confraternitates ab initio erectæ) eodem anno ibi canonicè institutæ, Magistro Thomæ Giracio Ordinis Prædicatorum (qui una cum suis Fratribus per quinquennium, juxta S. Petri Ecclesiam, de qua §. I. in aliquibus ibi constructis domunculis ante foundationem hanc moratus erat.) Ad effectum, ut ibi suum Cœnobium construat, & erigatur, cum omnibus illius juribus, & actionibus, ac bonis, reservato ipsis Confratribus, quod in præfata Ecclesia sæ congregare, & more solito die Jovis Sancta, sumptibus tamen eorum, cœnam facere possint, cum nonnullis pactis, & conditionibus tunc expressis ad preces ipsius Hectoris ritè data, & concessa, unam Domum præfati Ordinis Prædicatorum construi, & erigi. Beatissimus Pater, hujusmodi pro desiderio favorabiliter annuens, ut totum hoc, loci Ordinarii, vel cujuscunque alterius licentia super hoc minimè requisita, liberè, & licitè valeret autoritate sua nostris Civibus concessit, pariter, & indulxit sexto Idus Februarii ejusdem anni.

Deinde anno 1544. die vero 10. Januarii Illustrissimus Alvarus Quadra Episcopus Venusinus, ac perpetuus Generalis administrator Generalis Præceptoris S. Antonii de S. Antonio Ordinis S. Augustini Viennens. Diocesis. sitæ extra, & propè Neapolim, vacante supradicta Cappella S. Antonii Viennens. sitæ propè nostram

nam Civitatem, per liberam resignationem ipsi Episcopo Vennino factam per Rev.D.Andream Cacciatori de Tryparonio Montisleonis Pago, ad preces Montisleonis Ducis II., ac Universitatis, Cappellam, seu Ecclesiam prædictam cum omnibus ejus bonis, quæ quindecim ducatorum auri de camera, secundum communem æstimationem, valorem annum non excedebant, pro Monasterio construendo, & ædificando, sub vocabulo S.Dominici, præfato Magistro Thomæ, nostro civi, concessit, declarans, & cum decreto tamen, ipsum debere, & quolibet anno teneri eidem Episcopo, aut successoribus suis, vel aliis nomine suo Neapoli in festo S.Antonii de mense Januarii carolenos quindecim monetarum nostri Regni in signum recognitionis, & superioritatis solvere.

Cœnobium permagnificum est, nobili, & amplo claustro, in quo est numerosa Congregatio Sanctissimi Rosarii, ab initio erecta, constructum. Ecclesia cæterarum pulcherrima, cappellis, sacristia, choro, ac tribus navibus, eruta antiquiori, nuper constructa est, plasto, ac pictura ornata. In ipsa, mirabilis, ac grandis imago Sanctissimi Nominis Jesu, seu Circumcisionis Dominicæ, Theodori de Flandria opus; Sanctæ Catharinæ de Senis, pictura Marci Senensis; & etiam S.Thomæ, S.Petri Martyris, ac Sanctissimi Rosarii, non mediocris æstimationis simulacra, in tribus tabulis picta asservantur.

Reliquiæ hujus Conventus sunt ossa Sanctorum Martyrum Vincentii, Theodorii, Viti, Hyacinthi, Prosperi, Vitalis, Fausti, Fortunati, Fironii, Leontii, Protestati, Simplicii, & Liberati; atque Sanctorum Martyrum Agathæ, Christinæ, Antoninæ, Ciriacæ, & Praxillæ, intra cuculam quandam scripturis authenticis inclusa.

Item in quadam cruce argentea lignum S.Crucis, & frusta S.Mariæ Magdalænæ, S.Catharinæ de Senis, S.Leodogarii, S.Coni, Sanctorum Nazarii, Celsi, decem mille Martyrum, Pontiani Martyris, Urbani, Deodati, Joannis M. Antonii Abbatis, Vincentii M. Nicolai Episcopi, Plexi M. Sitvani, Celarii, Sanctorum decem mille Virginum, Musæ, & Elisabeth asservantur, cum reliquiis S.Petri M. ejusdem Ordinis Prædicatorum.

Jacet etiam in communi Fratrum sepultura, intra quandam arcæ Corpus Venerabilis Servi Dei Fratris Sylvestri Theatini à Jojofia, cognomento *Deo gratias*, ejusdē Ordinis. In cujus vita nulla erat intercapedo laboris, semper enim aut orabat, aut legebat, aut

divinas jocularioras scribebat, sicque pernoctabat assidue. H^{os}pitium pergande, ac magnificum, elemosynis sibi traditis, in Civitate Pitii à fundamentis anno 1638. inchoavit, & erexit deinde. Supra nudam tabulam, vestibus indutus, cubabat. Carnes non edebat. Tandem meritis, & virtutibus clarus efflavit animam in hoc eodem Conventu, cujus erat filius, die 9. Augusti 1689.

§. VII.

De Conventu S. Mariæ de Monte Carmelo, Ordinis Carmelitarum.

A Nno 1600. Illustr. D. Marcus Antonius Io Tuso Episcopus Militentis, suam in Carmelitarum Ordine benevolentiam cum effectu perspicere desiderans, fervoreque devotionis erga Gloriosam, & Immaculatam Virginem Mariam accensus, & ut præfati Ordinis Fratres, Prædicationibus, Ecclesiasticorum Sacramentorum administrationibus, aliisque spiritualibus exercitiis in nostra Urbe facilius, & commodius cum ejusdem Civitatis hominum consolatione de cætero vacare valerent, Ecclesiam Confraternitatis S. Sebastiani (cujus foundationis annus, quem antiquitas devoravit, non reperitur, ipsa verò adhuc extat in eadem Ecclesia) eidem Ordini, ut Monasterium inibi ædificetur, salvo semper beneplacito Sanctæ Sedis Apostolicæ, perpetuò concessit; sicut, & nostræ Urbis Præfecti die 9. Aprilis 1595. præcedente publico concilio, concesserant. Et post aliquot menses, obtento Sedis Apostolicæ beneplacito vivæ vocis oraculo, ipse idem Episcopus concessionem hujusmodi publica authentica scriptura perpetuò auctoritate sua ordinaria confirmavit, & approbavit.

Deinde anno 1604. Emin. Dominus Sac. Rom. Ecclesiæ Cardinalis Episcopus Tusculanus Pinellus nuncupatus, ac totius Ordinis Carmelitarum Protector, ut pro potiori cautela de supradictorum validitate unquam dubitari contingat, & alia ad omnem meliorem finem, cum nimirum ea, quæ per Sedem Apostolicam confirmantur, & approbantur firmiter subsistant, & melius ab omnibus observentur, de plenioris confirmationis remedio P. Magistro Andrea de Ambra ejusdem Ordinis Provinciali, & universo Ordini suo desiderans providere, auctoritate Apostolica, illi per Sanctis

Stissimum Dominum Papam Clementem VIII. attributa, & sui Protectoris officii, concessionem prædictæ Ecclesiæ præfato Ordini, ut præmissum est, factam, aliaque præmissa, & inde sequuta confirmavit, & approbavit, illisque perpetuæ, & inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adiecit die 28. Octobris ejusdem anni 1604.

In Sacrificia caput Sancti Crescentii Martyris, ac frustum Sancti Alberti Confessoris ejusdem Ordinis asservantur; necnon in Ecclesia imago S. Sebastiani, à Simone Comandia, ex Sicilia Regno, sedulo picta.

§. VIII.

De Conventu Sancti Francisci de Paula, ejusdem Ordinis.

EX hac Sacra æde extra Montisleonis Urbem, in honorem ejusdem Sancti erecta, Petri Francisci Rayaschiero ejusdem Civitatis, in Paulitanum institutum, benevolentia, animique propensio manifestissima evadet. Cum anno salutis humanæ 1604. mense Decembris, in proprio fundo, ac peculiaribus ejus sumptibus, ex Illustrissimi D. Marci Antonii de Tufo Episcopi Militensis autoritate, sicut ex concessione die 11. Julii 1604. expedita apparet, adamussim constructa fuerit penes quos præfatae auctoritatis concessionem, per manus Rev. D. Salvatoris Gilla Notarii Apostolici, in forma probante factam, adhuc invenire licebit primum angularem lapidem, ab eodem Episcopo benedictum, Rev. D. Joannes Rollo fundamentis ejecit. Et deinde omnium civium, ac Religiosorum applausu, timpani etiam, buccinæque sonu reliquum prosequutum est.

Inter præcipuos benefactores numerantur quoque Antonius Mazza, Neapoli tempore revolutionum Locumtenens Tribuni Militum Generalis, *vid. cap. ult.*, Camillus Librandi; Petrus Antonius Scavonia; & Michael la Rina, omnes pii Cives. Sic etiam Rev. D. Joannes Franciscus Solaro, qui in Ecclesia, non multis ab hinc annis undique elegantissimis picturis ornata, Altare majus ex probatissimo marmore varii coloris anno 1677. fuscè construxit. Hic S. Francisci de Paula pretiosam cilicium ex camelorum pilis contextum asservatur.

§. IX.

De Collegio Sancti Ignatii, Societatis Jesu.

ANno 1612. Excellentiss. Hectoris Pignatelli nostræ Urbis Ducis IV. suavis, actum est consilium inter cives, ut Societatis Jesu Patres hic introducerentur, & communi sententia ipsos anno sequenti vocandos esse, prout, & vocati sunt, statuerunt. Venientes igitur Patres prædicti, ac in domo Ferdinandi Mazza Patritii mansionem facientes, voluerunt cives Collegii fundationem confirmare; quorum multi anno 1614. quandam pecuniæ quantitatem, pro una vice tantum, ipsis Patribus polliciti sunt. Deinde anno 1618. palatium quoddam, juxta Sancti Michaelis Paroeciam emerunt, illudque incoluerunt per annos quadraginta, & unum.

Sed quia largitorum proventus pro Collegii fundatione minimè sufficiebant, Vespasianus Jazolinus Patricius, Philosophus celebris, ac jure peritissimus, pietate verò celeberrimus, in suo ultimo, cum quo decessit testamento pro tali fundatione legavit capitale ducatorum unius, & viginti mille, ac octo centum; cujus redditus quotorannis ascendeat ad mille tercentum sexaginta tres annuos aureos. Hinc merito Fundatoris Collegii nomen accepit. Moritur Neapoli Idibus Martii 1620. sepultusque est in propria Cappella intus Divæ Claræ delubrum.

Interea prætendebant præfati Patres S. Michaelis Ecclesiam, sed minimè illam potuerunt obtinere, undè coacti sunt prædictam Ferdinandi Mazza domum, pluresque alias emere, ac ibi Collegium à fundamentis erigere, quod finientes incolere ceperunt, prout etiam nunc inhabitant, à die 30. Julii 1669.

Templum à dextris, & à sinistris Cappellis, ac undique plerisque ornatum, veteri destructo, compleverunt anno 1701. Collegium ad præsens iterum à fundamentis reedificatur ad moderniorum usum, existens enim minatur excidium. Asservantur in illo S. Gregorii Thaumaturgi frustum; necnon pretiosum S. Ignatii integrum cilicium, pilis camelorum contextum, ac ipsius Sancti sanguine madefactum. Et ut historia narretur, Sanctus iste pro re-

formatione aliquarū Monialium Cōventus Angelorum, tunc juxta Barcinionis muros positi, acerrimè laborabat; quod aliqui perverſi acriter ferentes Ignatium verberibus afficiunt, ac, ipſo ſemivivo relicto, velociter auſugiunt. Deindè ſic inventus Servus Dei, medicinæ traditur, veſtibus ſpoliatur, ac prædicto cilicio, ſic jubente P. Didaco de Alcantara Ordinis S. Franciſci ſuo Confeſſario, exiit, nam ipſe renuebat. Cilicium tandem, Barcinioni miraculis clarum, ab hæredibus Ioannis Paſchale, qui ab initio illud habuit, conſervabatur; quando Excellentiffimus Hæctor ſupradictus, Hiſpaniæ Citerioris tunc Prorex, inſignem hanc reliquiam ab ipſius hæredibus anno 1606. precibus impetravit. Ab Hæctore ad Iulium Sambucæ Marchionem, ipſiusque Nepotem: Ab hoc ad Collegium pervenit, ubi in ejuſdem Patriarchæ die feſtivo populorum adorationi quotannis exponitur. Vide *P. Daniele Bartoli in hiſt. Societ. Jeſu lib. 1. de Vita S. Ignatii*, vulgariter ſcripta.

§. X.

De Conventu Sancti Caroli; Discalciatorum S. Auguſtini.

Scipio Candiotti, pius civis, quandam domum, cum ſuo tenimento, necnon biſcentum nummos avreos Fratribus Diſcalciatis pro ipſorum Conventus fundatione di 23. Novembris 1618. in ſuo ultimo teſtamento legavit, deindè mortuus eſt. Iam Sacra Congregatio ſuper diſciplinam Regularium à die 10. Septembris 1613. conſtruendū hoc Cœnobium Fratribus prædictis conceſſerat, cum licentiâ tamen Epilcopi. Obteato igitur Illuſtriſſimi Virginii Capponii Epilcopi Militenſis pro tali fundatione conſenſu, Pater Jacobus à Monteleone, tunc Sanctæ Reſtitutæ Civitatis Meſſanenſis Prior, ac Conventuum Sicilię Viſitator, necnon Frater Anſelmus à Sancta Reſtituta, Montemleonem veniunt die 23. Julii 1619. & ſupradictam domum introeuntes, ibi habitabant. Deindè Pater Jacobus conſenſum à civibus pro Conventus erectione impetravit, & legati poſſeſſionem ſuſcipiens, crucem plantavit Kalendis Auguſti ejuſdem anni. Indè paulatim ad formam, quæ nunc videtur reductum Cœnobium, decem Fratrum habitatio effectum eſt. Præcipuè reditus ampliavit Franciſcus Lu-

catelli, qui stabilia, ac mobilia multa ipsis Fratribus legavit; & inter cætera palatium, ipsorum Ecclesiæ conjunctum, ex quo sexaginta nummos aureos quotannis ipsi percipiunt.

In Ecclesia, undique plâstibus, ac Cappellis ad modernum usum perbellè constructa, asservatur Imago Sanctæ Mariæ Pietatis, à qua deindè Cœnobium, & ædes nomen acceperunt, in quadam ampla tela sapientissimè picta, & inæstimabilis valoris, opus Lucæ Cangiâi Genuensis. Imago ista à Principe Cellæ ad mare, dono data est Fratri Leoni Calabro, eximiæ Sanctitatis Viro, qui miraculis, præsertim Monteleone, Genuæ, ac Mediolani clarus fuit. Rapiebatur etiam sæpissimè à spiritu, & divinis contemplationibus pascebatur; adeo extra se actus, ut expunctus, percussusque, etiam ab eodem Principe, nihil omnino sentiret. Præfatam igitur Imaginem cum quibusdam supellestilibus, nummisque aureis biscentum, quorum pretio locum ubi nunc Ecclesia sita est Fratres emerunt, è Genua huic Cōventui misit. Denique meritis, ac prophetiæ dono illustris, post annos quattaginta ab ingressu Religionis, vitæque suæ finem jam proximum divina inspiratione prospiciens, die 28. Julii Genuæ migravit ad Dominum anno salutis 1657. Dum funera agebantur ejus corpus à fidelium pietate, ac devotione punctum, vim tantam sanguinis effudit, ut compluges indè telæ fuerint madefactæ.

§. XI.

De Conventu Sanctæ Mariæ Angelorum, Reformæ Sanctorum septem Martyrum S. Francisci.

CUm nostra Civitas in medio Provinciæ sita sit, diu in ipsa Fratres Reformati saltem perexiguam concupierant habere Hospitiolum, quippè itinerantibus commodissimum, immò necessarium, sed quia hîc Religiosorum omnium erant Conventus multæ apparebant difficultates. Attamen circa annum 1623. Custodiatuâ Rey. P. Fratris Jacobi Hieracensis tempore, accedente
etiam

etiam opera, & industria nobilis civis Francisci Vento, eidem Fratri sanguine conjuncti, omnibus superatis difficultatibus, antiquissima, ac pervetusta Ecclesia, tunc S. Eligii Episcopi, nunc Jesus, & Mariæ, vide *inf.* §. 21., juxta Peregrinorum Hospitale sita, concessa est. Sed talis locus cum habitationi Fratrum parum aptus esset, tranfactis diebus aliquot, Confraternitatis S. Joseph Confratres suam Ecclesiam in loco opportuniori sitam illis concesserunt; inde Ecclesiæ hujus, maxima cum Presbyterorum, Religiosorumque contradictione, possessionem ceperunt.

Multos per menses hanc S. Joseph Ecclesiam incoluerunt Reformati, & dum quietè, ac devotè vivebant, nova se illis obtulit difficultas. Erat in Ecclesia prædicta truncum, ubi elemosynæ pecuniariæ asservabantur, ac in missis omnibus cum parvula capsula Confratres pecuniarias quærebant elemosynas, Reformatorum professioni indecorum valdè, ac minus consentaneum. Fratres hoc removeare volebāt, resistebant Confratres; dum autem sic altercabantur occurrit Fratribus consilium bonum ac se in locum propinquum transtulerunt, ad Confratres non spectantem, satis commodum, ubi nunc Conventus extat sub S. Mariæ Angelorum titulo ædificatus. Pro loci emptione Bartholomæus Prieto Regius Thesaurarius, ipsorum devotissimus, mille aureos circiter expendit; & quoadvixit subministravit Fratribus necessaria. Adjovit etiam opus Joannes Ambrosius Paravegna, Fratrum Procurator, elemosynis non paucis.

Ædes ista, cellarum numerositatem habet, in quibus Fratres comitia Provincialia commodè celebrare possunt; habet bibliothecam, officinam aromatariam habet, illam libris ad concionatorum, Sacerdotum, studentiumque usum, hanc medicaminibus satis plenam. Et est studii locus. Claustrum perpulchrum cum advenarum, itinerantiumque satis commodò hospitio. Ecclesiam, ubi Sanctorum Dionysii M. Faustini M., & Sancti Petri de Alcantara, necnon à tergo majoris Altaris multa Sanctorum locorum Hierusalem frusta, ac lapides, asservantur; multis Cappellis à dextris, & à sinistris ad moderniore usum fabricatis, cum suis Iconibus, inter quas Sanctissimæ Annunciationis, ac Conceptionis Imagines, prima Andrea Vaccari, secunda lordasi, Neapolitanorum, opera, ac sculptaris decoratam habet. In qua est Sacristia tabulis cupressinis, Patre Didaco Ianuario à Monteleone ejusdem Ordinis jubente, mirabiliter anno 1666. insculpta; vestimentis sericis, calicibus, & floribus satis plena. Extat hortus fructuum, malorum

medicorum, ac olerum omnis generis feracissimus, cui, nemus, & Fratibus extractum cernitur adjunctum. Quadraginta Fratres de familia ad minus commorantes, die, noctuque Domino servientes, sunt omnibus, tam civibus, quam conterminis maxime admirationis; ac omnes quotidianis eleemosynis sustentantur. In processionibus novissimum tenent locum, renuncia verunt enim præcedentiæ die 4. Novembris 1624. ut in quibusdam literis patentibus ab Augustinianis asservatis videre licebit.

§. XII.

De Nobilium Monialium Cænobio, Ordinis ac tituli S. Clare.

Æ Des etiam Mulierum Sacræ maximis impendiis apparatus sunt, atque ornatissimo per Urbem plures, non secus ac in horto cultissimo varii flores sparsim videntur. Ut Divæ Clare, vel Conceptionis Beatæ Mariæ Virginis Templum cum Monasterio per amplexum liberaliter Universitatis, nonnullorumque Nobilium dispendiis, sive eleemosynis extractum, & anno 1594. completum, Breve Apostolicum deinde eodem anno obtinuerunt cives, regnante Clemente VIII. Sum. Pont. sub die 27. Octobris si fallor. Et die 4. Maii 1595. duodecim puellæ, dotem ducatorum biscentum ferentes, Monasterium ingressæ sunt, post completum ipsorum probationis annum, sub regula S. Clare ab Alexandro IV. approbatæ, professionem emittentes.

Pro quarum educatione, Diana Cito Pignatello, Trioli Pignatelli Civitatis Neapolis, & Franciscæ Tiepra Venetæ filia; necnon, & Joanna Cito Pignatello, Fabritii Cito Pignatello, itidem Neapolis, & Catharinæ Trauso nata, in Monasterio Civitatis Nicotæræ Moniales professæ. Cænobium hoc ad habitandum venerunt. Prima multos per annos Abbatissæ munus exercuit, deinde moritur die 28. Februarii 1627. Secunda obiit sanctitate refulgens die 23. Decembris 1636.

Hoc Monasterium primatum tenet, atque celebre Nobilium mulierum ex illustrioribus nostræ Urbis Provinciæque familiis Monachis Religiosis, quæ hic semper habitant, & habitant. Multorum fuit etiam sanctimonia insignium mulierum parens, Et
igi-

igitur Abbatia hæc multis rationibus insignis, non solum enim monialium numero, sanguine, Religioneque, quæ eo loci vitæ degunt, verum etiam ædificiorum structura, ac loci situ est cæleberrima.

§. XIII.

De Cænobio Monialium Sanctæ Crucis, Ordinis Sanctæ Clare.

Mercator quidam extra Regnum profectus, bonam pecuniæ quantitatem apud antiquam Cappuccinorum locum, sive *Cappacci vecchi*, secreto depofuit, hortolanum ejusdem Ordinis rogans, ut si infra annos decem ipse non rediret, Monialium Cænobium erigere faciat. Conditione deinde comprobata, Annibali Lanza, honorato civi, Sacræ Ædis structuram, pius, fidelisque Religiosus fedute commisit. Hic domum cum cisterna, & horto, necnon Ecclesia isti contigua construxit, & debita clausura munivit, ac illi tot proprietates, & bona stabilia, ex quibus trescenti ducati monetæ nostri Regni annuatim percipi possint, pro ejus dote, & Monialium in illud pro tempore introducendarum sustentatione, & alii triginta ducati similes pro unius Cappellani manutentione, una cum omnibus necessariis, & opportunis pro duodecim Monialibus, de legitimo matrimonio natis, & procreatis, decem verum professis officium recitantibus, & reliquis duabus Conversis, donavit, & assignavit.

Deinde Paulum V. Pont. Max. deprecatus est, ut in præmissis opportunè providere dignaretur. Beatissimus Pater hujusmodi supplicationibus inclinatus, discretioni Vicarii Episcopi Militenfis in Spiritualibus Generali, ex voto Eminentissimorum S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Congregationis negotiis Regularium professorum, per Apostolica scripta Kalendis Martii anno 1615. Pontificatus vero sui anno undecimo, mandavit, ut Annibali in adibus per ipsum constructis unum Monasterium Monialium, in perpetua clausura, & sub visitatione, & regimine pro tempore existentis loci Ordinarii ac sub S. Clare regula, & invocatione (hodie sub titulo S. Crucis, vel propter quandam ligni Sanctissimæ Crucis reliquiam, vel quia aderat aliud sub illo titulo) autoritate

sua construendi; ipsique Annibali, ut primas duodecim puellas in ipsum Monasterium introducendas, hæredibus verb, & successoribus suis duas tantum in locum ipsarum eligendi, & nominandi, ac in redditione computorum interveniendi; necnon jus patronatum honorificum, quo ad sessionem in Ecclesia exteriori eidem tanquam Monasterii erigendi hujusmodi fundatori, & dotatori cum omnibus privilegiis, quæ veri, & legitimi fundatores in Cœnobiis per eos fundatis, & dotatis facere, & exercere possunt, ac consueverunt, in omnibus, & per omnia faciendi, & exercendi, licentiam concederet. Et hæc omnia exequutus est eodem anno.

Nunc Sacra Ædes magnifica est, & moniales ad 40. numerum ascendunt. Harum dotes pro extraordinariis ad quadringentum, pro duodecim pumeratis ad bis centum nummos avreos hodie ascendunt. Duæ primæ Moniales pro regimine, è Monasterio Seminariæ hæc delatæ fuerunt. In Ecclesia in quadam Cruce argentea frustulum ligni S. Crucis; & in duobus reliquiariis ligneis artificiosè structis, ac in argentatis ossorum frustra Sanctorum, Sanctarumque Martyrum Vincentii, Donati, Justinii, Olympii, Adriani, & capite Simplicii, Aureliæ, ex capite Victoris, Candidi, Honorii, Constantii, sælicissima, Modesti, Iuliani, necnon aliorum Sanctorum asservantur.

§. XIV.

De Conservatorio Monialium Spiritus Sancti, sub Regula S. Clare.

Excellentissimus Camillus Pignatelli tertius Montisleonis Dux, ac Univerfitas, & homines ipsius Civitatis, & Casalium, pia, & salubri consideratione perpendentes, quod si in quodam ipsius Camilli fundo una Ecclesia sub invocatione Spiritus Sancti, ac una domus construerentur, & ædificarentur, ac in eadem Ecclesia una utriusque sexus Christi fidelium Confraternitas sub eadem invocatione, ita quod Ecclesia, & domus hujusmodi principaliter inservire debeant pro recipiendis, & educandis inibi puellis virginibus, & pauperibus, aut aliis mulieribus, de quibus verisimile sit, quod earum virginitas, vel pudicitia aliàs prostitui, aut denudari posset, erigeretur, & institueretur, ex hoc Dei ser-

vitio; & devotionis augmento, cum populi ædificatione, & animarum salute, bonorumque, & piorum operum exercitio opportunè confuleretur: Et propterea, habito consensu loci Ordinarii, Ecclesiam construere, & ædificare, ac in ea Confraternitatem prædictam erigi, & institui, aliaque præmissa, & infra scripta ad Dei laudem executioni demandari summopere desiderabant. Quare, pro parte Camilli Ducis, ac Vniversitatis, & hominum prædictorum, Gregorio XIII. fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportunè providere dignaretur, hic hujusmodi supplicationibus inclinatus, omnia supradicta facere eisdem facultatem, & licentiam Idibus Januarii 1579. Pontificatus sui anno octavo impartitus est.

Pro Confraternitatis regimine Camillus ipse, ejusque successores, vel Locumtenens unum, Confratres verò quatuor ex ipsis Confratribus eligebant, qui sic electi nuncupabantur, & Magistri, & Governatores Ecclesiæ, ac domus prædictarum, cum facultate, & autoritate Ecclesiæ, & domum prædictas regendi, & laudabiliter gubernandi: Eorumque Magisterium, & Gubernium hujusmodi durabat per annum tantum; eoque elapso alii similiter perfici debebant, & sic in perpetuum; ipsisque noviter electis tenebant antecessores statim rationem reddere de administratis. Quidque in Ecclesia prædicta ex elemosynis, quas illi, & ejus domui hujusmodi fieri contingebat, missæ, & alia Divina officia per competentem Sacerdotum, & Cappellanorum, ab Ordinario pro tempore approbandorum, numerum arbitrio Magistrorum seu Gubernatorum celebrari debebant: Ipsique Sacerdotes, & Cappellani ad nutum Magistrorum eorundum amovibiles existebant. Licebat etiam eisdem Magistris, & Gubernatoribus mulieres præfatas è manibus eorum, in quibus illæ reperiebantur, tollere, & in prædicta domo collocare, in qua bonis moribus, & Christianis præceptis instruebantur, ad hoc ut illæ, quæ nubere volebant, matrimonio honestè copulari possent; quæ verò celebem vitam ducere proposuerant, in eadem domo devotè, & religiosè ad instar simplicis Confraternitatis in Civitate Neapolis tunc pridem institutæ, vitam traducere possint. Insuper Confratres omnia mobilia, & immobilia, redditus, & proventus ejusdem domus, & Ecclesiæ regabant, & administrabant; ita quod Magistri, & Governatores de hujusmodi administratis, & receptis quotannis rationem loci Ordinario, juxta Concilii Tridentini dispositionem, reddere tenebantur. Tandem Confratres in die primi illorum ingressus, ac in

mor-

mortis articulo, si verè penitentes, & confessi, ac Sacra Eucharistia refecti erant, indulgentiam plenariam lucrabantur.

Sed hæc omnia recesserunt ab aula, à tempore quo Ecclesia in Paroeciam erecta fuit, *vid. sup. §. 1. in fin.* Etenim Summus Pontifex prædictus pariter concessit, & indulxit, ut supradicta, pro temporum, & personarum qualitatibus mutare, corrigere, emendare, & in melius reformare, & alia illorum loco quandoeunque eis expediens videbitur, & placebit, liberè, & licitè, cum Ordinarii consensu, valerent. Et sic Conservatorium mutatur in Cœnobium. Et Moniales ibi resident hodiè, at sine clausura, sub regula S. Claræ, cujus veste se induunt, & dotem ducatorum biscentum in earum ingressu Monasterio solvunt. Rector Curatus ejusdem Ecclesiæ ipsas peccata confitentes audit, ac est earum Pater Spiritualis.

In Ecclesia, undique Cappellis ornata, Iconibusque Conceptionis, & Purificationis B.M. Virginis, prima Theodori de Flandria, secunda Martini de Vos de Flandria opus, nostræ Civitatis conciones habentur, Prædicatores, Illustrissimi Sindici, seu Urbis Præfecti nominant. Eleemosyna ad centum nummos aureos ascendit; pro Quadragesima Gratori octuaginta, pro adventu Buccinatori viginti nummos aureos Univerſitas ipsa solvit.

Extat etiam in eadem Ecclesia Animarum Purgatorii Cappella ditissima, cujus redditus, & proventus quingentum ducatos quotannis excedunt, & in dies magis, ac magis auferuntur, ut vix credi potest; ex quibus eleemosynis, per duodecim Cappellanos, arbitrio Cappellæ Magistrorum amovibiles, plurimæ quotidianæ celebrantur missæ. Anno 1705. hic erecta est Beatorum Mortuorum Confraternitas, sub titulo suffragii Animarum Purgatorii.

§. XV.

De Conservatorio pœnitentium Mulierum, sub Regula Tertii Ordinis Cappuccinorum.

FRater Antonius ab Olivade Ordinis Cappuccinorum missionarius, pio devotionis Zelo ductus, cupiens suarum prædicationum fructus colligere, & conservare, ac considerans, quod in hac

hac Civitate, quæ alioquin numero incolarum, aeris salubritate, loci amœnitate in usum omnium ad victum necessariorum, ac mercium abundantia ex insignioribus Regni Neapolitani existit, & in qua nullum adhuc reperiebatur Mulierum penitentium Monasterium, & multæ existunt Mulieres, quæ corpus suum Domino libenter dicarent, ab hujusque sæculi illecebris, ac periculis semotæ, gratum ipsi Deo exhiberent facultatum, ac ei melius, si in aliquo Conservatorio id commodè facere possent, inservirent, ideoque Universitatis, ac Episcopi assensu, quandam domum Hospitalis Templo contiguam, in Conservatorium erexit anno 1684.

Hoc idem præterantur Cives, ut ex eorum consilio, sub die 9. Aprilis 1595. congregato, evidenter apparet; sed, nescio qua ratione, deindè inceptum destituentes, quingentorum avreorum summam huic promissam Spiritus Sancti Conservatorio, de quo §. antecedenti, dederunt.

§. XVI.

De Peregrinorum Hospitale S. Spiritus, Archihospitalis Romani vetustissimo Prioratu.

EXtant, & antiqui Prioratus S. Spiritus præca reliquia, Ecclesia videlicet, & Peregrinorum aula. Hic duodecim, ut fama decantat, ab initio habitaverunt Fratres hospitales, Peregrinos benignè suscipientes; tunc enim reditus ad plures mille nummos avreos ascendebant. De Hospitalis principio, ejusque fundatoribus memoria non habetur, nec scriptura, quæ fortasse in Archihospitale Romano conservatur, cujus hodiè sunt jura, & proventus nostri Prioratus; ex quorum locatione quingentum nummos avreos quotannis percipit: Nam propter Universitatum dejectionem nostrum Hospitale in has coniectum est angustias; & de Prioratu in Archihospitalis Romani Commendam reducitur.

Romanum Xenodochium S. Spiritus, primum ab Innocentio III. qui floruit anno 1200. conditum. (Quo tempore, vel paulo deindè nostrum Hospitale sumpsit initium; revera enim antiquissimum

sumum est, ut ex ejusdem Ecclesia, juribusque liquidò constat.) Post, ædificiis auctum à Xisto V. ubi Peregrini ægroti libenter accipiuntur, tractanturque verè Christianè Medicorum summa cura, & hominum; ut & Cives ibi qui familiam non habent, suo ære libenter curentur; honesti etiam Pontificis clientes ad inopiam redacti.

Hodiè tamen in nostro Hospitale tantum aula datur Peregrinis benè valentibus. Pro infirmis verò sequens erectum est Xenodochium.

§. XVII.

De Infirmorum Xenodochio, sub titulo. S. Nicolai.

Hospitalis Ecclesia, & hortus ab antiquo Confraternitatis S. Mariæ de Succurso, de qua hic §. i. obiter diximus, erat grangia; quando, volentes Cives Xenodochium juxta illam Ecclesiam ædificare, hanc 8. Junii 6. Indiæ. 1563. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris Pii Divina providentia Papæ IV. anno quarto, ipsis Civibus ad hunc effectum cesserunt Confratres; sibi tamen reservato, ut possint Cappellanum pro celebrandis missis, & in die S. Marci Evangelistæ, & in die S. Luciæ V. & M. festivitibus constituere, ac elemosynas, & oblationes, tam in die S. Luciæ, quam per totam octavam in beneficium Confraternitatis recipere, cum aliis nonnullis conditionibus, ut videre est in instrumentis à Rectore Curato ejusdem Ecclesiæ S. Mariæ de Succurso asservatis.

Deindè anno 1573; pro ejusdem Hospitalis firmiori robore, sequens diploma Cives impetrarunt, quod, ut Civitatis jura magis elucescant, hic ad litteram ponendum esse existimavi.

BULLA GREGORII XIII.

*Gregorius Episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Hospitalia, & pia loca fundari, Christi que pauperibus, qui rerum omnium plerumque aegestate laborant, subveniri totis viribus procurantes, votis Christi fidelium, quarumcunque præsertim Universitatum, qua ad id tendere conspiciuntur libenter annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis. Exhibita nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Universitatis, & hominum Civitatis Montisleonis Militenensis Diœcesis petitio continebat, quod ipsi pia devotione, ac erga pauperes præfatos miseratione ducti, unum Hospitale pauperum incurabiliam nuncupandum, apud Ecclesiam Sancti Nicolai ejusdem Civitatis, ad pauperum, & miserabilium personarum, ac infirmorum, necnon infantium expositorum, ac peregrinorum subsidium, ac ad animarum jacturas, ac corporum discrimina evitanda construere, & ædificare desiderant, illique congruam dotem, ac fructus, redditus, & proventus pro præmissis exequendis, ut recta ratio illis persuaserit, assignare intendunt; metuunt tamen, ne procedente tempore, dum charitas refrigescit, lacri verò cupiditas augetur, aliquis illud sibi à sede Apostolica, vel loci Ordinario in titulum perpetui simplicis beneficii Ecclesiastici impetret, vel idem Hospitale sibi commendari, aut committi cum incolarum dictæ Civitatis injuria, ac in grave Universitatis, & hominum præfatorum detrimentum, & devotionis diminutionem. Quare pro parte Universitatis, & hominum præfatorum nobis suis humiliter supplicatum, quatenus eorum pio desiderio hac in parte annuere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eosdem Universitatem, & homines, eorumque singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auctoritate Apostolica tenore præsentium eidem Universitati, & hominibus, dictum Ho-

spitale modo, & forma eis bene visis, sine alicujus præjudicio con-
 strui, & edificari, omniaque, & singula desuper necessaria, & op-
 portuna faciendi, licentiam, & facultatem Apostolica auctoritate
 impartimur; necnon illud postquam constructum, & edificatum
 fuerit; ut præfertur, in Hospitali, ordinamus, & instituímus, illi-
 que bona omnia mobilia, & immobilia, fructus, redditus, & proven-
 tus, jura, obventiones, & emolumenta quacunque præsentia, &
 futura eidem Hospitali per Vniversitatem, & homines præfatos,
 etiam dotis nomine assignanda, applicamus, & appropriamus. Vn-
 versitati verò, & hominibus præfatis, ut Hospitali præfatum, &
 in loco, ab Ordinario tamen approbando, instituendam Cappellam,
 necnon bona, ac fructus, & emolumenta præfata per se ipsos, vel
 alium, sine alios ad id ab eis pro tempore ponendos, ad ipsorum nu-
 tum in spiritualibus, & temporalibus regere, & gubernare, ac per
 ipsos, aut alium, sive alios ab eis, & ad ipsorum nutum, ut præfer-
 tar, ponendos, & amovendos Governatores, & alios Officiales,
 Hospitali, illiusque Cappellam, bona, fructus, redditus, proventus,
 jura, obventiones, eleemosynas, oblationes, relicta legata pia, &
 alia emolumenta quacunque Hospitali, seu ipsius Ecclesia hujus-
 modi, tam per Vniversitatem, & homines præfatos, quam quoscun-
 que alios pro tempore relinquenda; ac denique in omnibus, & per
 omnia in spiritualibus, & temporalibus ad exercitandam in pecto-
 ribus fœdium devotionem, illamque augendam, necnon ad susten-
 tationem pauperum infirmorum, & aliorum supradictorum fructus,
 redditus, & proventus quoscunque administrare, necnon illa, om-
 niæque bona, jura, obventiones, eleemosynas, oblationes, relicta le-
 gata, & alia emolumenta recipere, exigere, recuperare, retinere,
 ac in Hospitalis, & Ecclesia hujusmodi usus, & utilitatem con-
 vertere. Ita tamen, ut de administratis rationem Ordinario quo-
 tannis, juxta Concilii Tridentini dispositionem, reddere teneantur.
 Necnon Cappella præfata in divinis per quoscunque idoneos
 Presbyteros, ad nutum amovibiles, ab eodem Ordinario approban-
 dos, in Divinis deservire, ac missas, & alia Divina Officia inhiberi
 per eosdem, & quoscunque alios Presbyteros celebrari facere; G-
 vernatores quoque, & Magistras, ac alios Officiales, & Ministros
 in eodem Hospitali ad effectus præmissos habere, auctoritate, &
 tenore præmissos deputare, ac illos toties quoties eis videbitur amo-
 vere, & alios illorum loco ponere, & subrogare, eosque omnes, &
 singulos ad rationem de administratis sibi reddendam cogere; &
 compellere liberè, & licitè valeant, concedimus, & indulgemus.

Quod.

Quodque Hospitale, & Ecclesia, necnon relicto legata, fructus, redditus, proventus, bona, oblationes, eleemosyna, subsidia, & emolumenta praesata, vel quodlibet ipsorum, & per nos, nisi praesentium facta mentione, vel Romanos Pontifices successores nostros, aut Sedem praesatam, seu ejus, & de lateris legatos, aut dictum Ordinarium, vel ejus Vicarios, seu quoscunque alios, quovis, tam Apostolica, quam Ordinaria, vel alia auctoritate, seu alias quomodolibet in perpetuum beneficium Ecclesiasticum erigi, & institui, aut pro doctoraliquorum beneficiorum Ecclesiasticarum, vel piorum locorum, erectorum, seu erigendorum, aut quemcunque alium usum applicari, seu tanquam beneficia Ecclesiastica, & perpetua, seu etiam in Commendam, aut alias quomodolibet per quoscunque, & a nobis, seu Pontificibus, vel Sede Legatis, Ordinario, seu Vicariis praesatis, aut quibusvis aliis, seu aliis quovis modo per quoscunque impetrari nullatenus unquam possint, seu de illis uti de beneficiis, vel bonis Ecclesiasticis, aut aliis quomodolibet Apostolica, vel Ordinaria, seu quovis alia auctoritate quibuscunque provideri, vel concedi, aut alias quomodolibet disponi nequeat perpetuo statuimus, & ordinamus. Et nihilominus quoscunque erectiones, institutiones, applicationes, impetrationes, provisiones, commendas, commissiones, & quasvis alias dispositiones, praemissa forma non servata, in contrarium quomodolibet faciendas cum inde sequendis quibuscunque, nullas, & invalidas, ac irritas, & inanes, nulliusque roboris, & momenti fore, & nemini suffragari, ac praesentibus prorsus haberi, necnon Invaliditatem, & hominitas, & successores praesatos, & ab eis deputandos super praemissis per quoscunque quovis auctoritate quomodolibet molestari, vel impediri ac irritam, & inane decernimus, si fecerit super his a quoque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari. Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis Generalibus Constitutionibus, & ordinationibus, ceterisque contrariis quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, impartitionis, ordinationis, institutionis, applicationis, appropriationis, concessionis, indulti, statuti, ordinationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attente praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursuram. Datum Romae apud Sanctum Petrum; Anno Incarnationis Dominicae 1573. IV. Idus Februarii, Pontificatus nostri anno secundo.

§. XVIII.

De Monte Pietatis, in beneficium Universitatis erecto.

Petrus, & Joannes de Francia magnæ virtutis, maximæque Religionis viri, qui adhuc viventes futuræ vitæ non immemores, summa pietate, ac eximia prudentia instituerunt, ut in nostra Civitate pro eorundem animarum suffragio Mons Pietatis erigeretur. Inchoatum est igitur Mons Pietatis à Petro Antonio de Francia; anno enim 1604. legavit ipse, pro ejusdem fundatione, tercentum nummos aureos; à Francisco Paulo, & Joanne Baptista filiis deinde absolvitur. Hi, die ultima Februarii 1605. regium assensum, & 26. Septembris 1619. Pontificium diploma impetrarunt. Joannes iste postea 23. Julii 1623. quingentum in suo ultimo testamento adjunxit scutatos. Hinc ut *Universitatis jura* in promptu sint, sequentes addere scripturas necessarium existimavi.

Illustris., ed Excellentis. Signore.

Francesco, Clerico Paolo, e Gio: Battista di Franza supplicando fanno intendere à V.E. come per legato del quondam Pietr' Antonio di Franza, loro Padre, hanno d'erigere nella Città di Monteleone un Monte di Pietà, e perche un' opera di tanta carità fosse stabile, e per mal governo, che potesse succedere, non venga con il tempo ad annihilarli la facoltà di detto Monte, supplicamo V.E. che per l'erettione di detto Monte, e buon governo, resti servita concedere tutte le gratie, privilegj, immunità, e prerogative, che tiene il Monte di Pietà della fedelissima Città di Napoli. E di più supplicano, oltre le dette gratie, concederli, che s'intendano obligati in solidum al Monte predetto le robbe di tutti li Ministri, li quali pro tempore saranno eletti all'amministrazione di esso; e della mala electione, che pro tempore si facesse, nè siano anco tenuti in solidum quelli, che eligessero, e concorressero all' electione de' Ministri, che non avessero facoltà di rifarcire li danni, che detto Monte venisse à patire per la mala amministrazione, o qualsivoglia altra colpa di detti Ministri, che oltre è ope-

ra pia, si riputarà à gratia ancora di V.E. *Quam Deus, &c.*

*Illustris Regens de Ponte, Marchio Morconi, Collateralis
Consiliarius, de supplicatis se informes, et provideat.*

Constantinus Regens.

Provisum per Suam Excellentiam. Neapoli die 7. Februarii 1605.

De Franco.

Reverendus Regius Cappellanus Major videat, & referat.

De Ponte Regens.

Provisum per Suam Excellentiam. Neap. die 10. Februarii 1605.

De Franco.

Retulit Regius Cappellanus Major, quam tamen relationem habere non potuimus, ideo hic illam omisimus, sicut, & Regium assensum; quem, prævi relatione Rev. Cappellani Majoris sub die ultimo Februarii 1605. iidem Franciscus, Clericus Paulus, & Joannes Baptista obtinuerunt.

*Virgilius Capponus, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Militensis, & ad
infra scripta per Sanctissimum
Dominum specialiter De-
legatus, &c.*

*Universis, & singulis præsentium seriem inspecturis, &c.
Ad perpetuam rei memoriam.*

Notum sit quod cum dilectus in Christo Franciscus de Francia Civitatis Montisleonis, nostræ Militensis Diœcesis, nobis humiliter exposuisset, quondam Dominum Petrum Antonium

nium de Francia, ejus patrem, in ultimis constitutum, de mense
 Maii 1604., in quo suum diem clausit extremum, in publico testa-
 mento, jure legati super omnibus bonis suis legasse ducatos ter-
 centum, solvendos una vice tantum per hæredes suos, statim fe-
 cuta ejus morte, pro fundatione, & erectione unius Montis Pie-
 tatis in Ecclesia Spiritus Sancti ejusdem Civitatis Montisleonis,
 ad beneficium, & utilitatem Pauperum dictæ Civitatis, & Casa-
 lium ejus tantum; & pro satisfactione hujusmodi piæ dispositio-
 nis, ipsum Franciscum, & Joannem Baptistam etiam de Francia,
 fratres, ut præmittitur, & hæredes universales superstites, ex de-
 creto, & mandato Reverendissimi Domini Marci Antonii de Tu-
 so, prædecessoris nostri, tunc Episcopi Militensis, sub die 10. Ju-
 lii ejusdem anni, obitus eorum Patris, ad hunc effectum fundatio-
 nis, & dotationis prædicti Montis solvissse prædictos ducatos ter-
 centum in posse quondam Doctoris Joannis Baptistæ Mannellæ,
 prædictæ Civitatis Montisleonis, depositarii ad hoc specialiter
 electi, obtentæ desuper concessione Apostolica. Nuper verò præ-
 dictum Joannem Baptistam de Francia ejus fratrem, similiter in
 ultimis constitutum de mense Julii 1624. in quo etiam obiit, ad
 uberiores redditum, & dotem prædicti Montis, in suo testamento
 legasse alios ducatos quingentum, at eodem Francisco fratre, &
 universali hærede (et prout largius in eisdem piis prædictorum
 dispositionibus) solvendos. Quibus paternæ, & fratris voluntati-
 bus volens, ut tenetur ipse Franciscus filius, & utriusque lega-
 tarii universalis hæres integrè satisfacere, ipsaque ad effectum
 ducere, & adimplere, prædictos ducatos tercentum, ut præmitti-
 tur, ex paterno legato, & dictos ducatos quingentum à prædicto
 quondam Joanne Baptista ejus fratre etiam legatos, & omnes in
 unam summam v3. ducatorum octocentorum in posse Doctorum
 Joannis Vincentii de Falco, & Joannis Francisci Politelli, Guber-
 natorum in regimine ejusdem Montis electorum, pervenire fecit,
 & ad beneficium ejusdem Montis Pietatis totaliter solvit, & ag-
 gregavit. Et sic proindè nos ad fundationem, & erectionem Mon-
 tis prædicti, præsentato brevi Apostolico subsequenti, debita-
 cum instantia requisivit.

PAULUS PAPA V.

Fratri Episcopo Militensi.

Venerabilis Frater, salutem, & Apostolicam benedictionem Salvatoris, & Domini nostri Jesu Christi, qui fideles suos ad pietatis, & Christianae charitatis opera in pauperes, & egenos misericorditer exerceri plurimum exortatus est, vices, quaequam immeriti, gerentes in terris, ad ea per quae eorandem pauperum, & egenorum indemnitati, necessitatibusque consulitur, & dispensatis occurritur, fraterna, qua tenemur charitate, libenter intendimus, de in his officii nostri partes, cum à nobis petitur, favorabiliter interponimus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Exponi siquidem nuper fecerunt dilecti filii Franciscus, & Ioannes Baptista de Francia laici, Militensis Diocesis, haeredes quondam Petri Antonii, etiam de Francia, quod dictus Petrus Antonius pauperum Civitatis Montisleonis dictae Diocesis, statui, & indigentibus, pio charitatis affectu compatiens, in suo ultimo testamento, sub ejus dispositione ab humanis decessit, summam tercentorum scutorum pro uno Monte Pietatis nuncupato in dicta Civitate erigenda reliquit, prout in dicta testamento dicitur plenius continere; nobis propterea Franciscus, & Ioannes Baptista praedicti humiliter supplicari fecerunt, ut pauperum hujusmodi communitatibus consulendo, Montem Pietatis praedictum erigere, ac alias in praemissis opportunè providere de benignitate Apostolica dignemur.

Nos igitur, qui honestis poenitentium votis, praesertim pauperum subventionem respicientibus, annuimus, eaque favoribus prosequimur opportunis, certam de praemissis notitiam non habentes, ac Franciscum, & Ioannem Baptistam praedictos, à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet inuadati existunt, ad effectum praesentiam dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati fraternitati suae per praesentes committimus, & mandamus, quatenus si, & postquam Franciscus, Ioannes Baptista praedictos sum-

*summam tercentorum scutorum monetæ pro stabilimento, & ma-
 nutentione dicti Montis assignaverint, in prædicta Civitate unum
 Montem Pietatis, ut præmittitur, nuncupati, in quo, Montis hu-
 jusmodi Officiales dictam summam ad id, ut præmittitur, relictam,
 necnon quoscunque alias pecunias, per quosvis Christi fideles pro
 hujusmodi pauperum subventionem inibi pro tempore erogatis, re-
 ponere, ac dictis pauperibus, & egenis subvenire; pecunias hu-
 jusmodi eis in suis necessitatibus mutuando, ac pro hujusmodi mu-
 tuo pignora ab eis valoris, dupli, seu tripli summæ mutuata recipere,
 ac illa debitè custodire; ita tamen, ut ij qui ipsas pecunias mu-
 tuo, ut præmittitur, acceperint, eas in termino eis præfigendo, qui
 erit ad minus unius anni, restituere teneantur; alioquin, dicto ter-
 mino elapso, ipsius Montis Officiales pignora ipsa ad illorum subba-
 stationem deveniendo, plus offerenti vendere, & à pecunias mutuo
 accipientibus non ultra summam dæcatorum duorum cum dimidio
 pro quolibet centenariis, & anno, vel minus, si ita expedire judica-
 veris (quæ in dicti Montis Officialium mercedem, & salarii solu-
 tionem, aliorumque ejus onerum supportationem convertantur)
 exigere non possint, nec debeant, auctoritate nostra Apostolica per-
 petuo, sine alicujus præjudicio erigas, & instituas; illique sic ere-
 cto, & instituto pro ejus dote prædictam tercentorum scutorum hu-
 jusmodi summam, necnon quæcunque bona mobilia, & immobilia,
 jura, res, proprietates, & elemosynas per quoscunque Christi fi-
 deles erogata, & elargita ea nunc, prout ex tunc, & è contra post-
 quam erogata, & elargita fuerint, dicta auctoritate etiam perpe-
 tuo applices, & appropries. Et insuper dicti Montis Officialibus
 pro tempore existentibus, ut prædictum Montem, illiusque res, bo-
 na mobilia, & immobilia, fructus, redditus, proventus, jura, obven-
 tiones, & emolumenta quæcunque per se ipsos, vel aliam, seu alios
 ad id ab eis deputandos, regere, gubernare, & administrare; ita
 tamen quod de gestis, & administratis per eos, ratione dicti Mon-
 tis, quotannis tibi, seu pro tempore existenti Episcopo Militensi, ju-
 xta Sacri Concilii Tridentini decretorum dispositionem, rationem
 reddere teneantur. Necnon eisdem, pro feliciore dicti Montis, il-
 liusque personarum Officialium, & bonorum hujusmodi regimine,
 & administratione, ut quæcunque statuta, ordinationes, capitula,
 & decreta, licita tamen, & honesta, sacrisque Canonibus, & ejus-
 dem Concilii Tridentini decretis, ac Constitutionibus Apostolicis
 non contraria, à te, seu pro tempore existente Episcopo Militense
 examinanda, & approbanda, facere, edere, & condere; ac quoties
 pro*

pro rerum, & temporum quantitate, vel alijs expedire videbitur, illa, praevio examine, & approbatione tua, seu pro tempore existentis Episcopi Militensis hujusmodi, altercare, corrigere, & reformare, ac in toto, vel in parte mutare; aliaque, ut praemittitur examinanda, & approbanda, ex integro, & de novo condere, & edere valeant, eadem auctoritate perpetuo similiter concedas, & indulgeas: Eosque desuper à quoquam molestari, perturbari, aut inquietari nullatenus posse, ac irritum, & inane quicquid secus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari, decernas: Non obstantibus Apostolicis, ac in Provincialibus, Synodalibus, & Universalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Anulo Piscatoris die 27. Septembris 1619. Pontificatus nostræ anno quintodecimo.

Quibus, ut praemittitur expositis, & præsentatis, idem dictus Franciscus de Francia supplicando petit à nobis executionem præinforti brevis Apostolici. Nos enim, &c. volentes, ut tenemur, Apostolicis obedire mandatis, ad tollendum phœneratorum pravitatem, & ad omnem meliorem finem, & effectum, auctoritate Apostolica nobis in præmissis delegata, & nostra quatenus ordinaria, ac omni meliori modo, &c. Quibus melius possimus, & debemus, Montem prædictum Pietatis in comibus Ecclesiæ Spiritus Sancti Montisleonis, ad utilitatem, commoditatem, & beneficium pauperum dictæ Civitatis Montisleonis, & Casalium tantum, juxta mentem, & piam fundatorum dispositionem, cum omnibus juribus, proprietatibus privilegiis, & gratiis, quibus Montes Pietatis ubilibet constituti gaudere, uti, frui, potiri que solent, cum omnibus, & singulis pactis, & conditionibus in præinfortis literis, & brevi Apostolico contentis, & expositis; & capitulis (per nos, & successores nostros Episcopos Militenses pro tempore examinandis) formandis, & decernendis; aliisque si toto, vel in parte faciendis (& corrigendis à nobis) servata in omnibus forma, & tenore præinforti brevis Apostolici, perpetuo, & sine alicujus præjudicio erigimus, & instituimus: Illique, sic erecto, & instituto, pro ejus dote, prædictorum ducatorum octingentorum summam, necnon quæcunque bona mobilia, & immobilia, jura proprietates, & eleemosynas per quoscunque Christi fideles erogata, & elargita, ex nunc, prout ex tunc, & postquam erogata, & elargita fuerint, perpetuo applicamus, & appropriamus.

mus. Insuper, & dicti pii Montis Officialibus, pro tempore existentibus, ut eligere, & deputare ad prædictum Montem, illiusque res, bona mobilia, & immobilia, fructus, redditus, & proventus, jura, obventiones, & emolumenta quæcunque regere, gubernare, & administrare; ita tamen quod de gestis, & administratis per eos, ratione dicti Montis, quotannis, nobis, seu pro tempore existente Episcopo Militensi, juxta Sacri Concilii Tridentini decretorum dispositionem, rationem reddere teneantur; cæteraque omnia, & singula in dictis literis Apostolicis contenta, de nostro tamen consensu, facere, condere, & mutare valeant, eadem auctoritate Apostolica concedimus, & indulgemus: Salvo tamen jure, Montem ipsum, & Officiales ejus, quoties opus fuerit visitare, & omnia, & singula facere, & statuere, quæ nobis per præinsertum breve Apostolicum, Concilium Tridentinum, & Sacros Canones conceduntur. Ist quorum fidem, &c. Datum Miletæ die 2. mensis Maii 1624. Indictione 7. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & Domini nostri D. Urbani Papæ VIII. anno primo. Governatores verò, & administratores rerum Montis prædicti, electi, & pro tempore in futurum eligendi, antequam incipiant administrare, jurent de fideliter administrando, & reddendo computum administrationis suæ.

Virgilius Copponus Asculanus Episc. Militen.

Locus † sigilli.

Et quia Ego Clericus Franciscus Sgrò Montisleonis Militensis Diocæsis Publicus Apostolicus Notarius de præmissis omnibus rogatus fui præsens, scripsi, subscripsi, & solito, quo utor, signo signavi requisitus, &c.

Locus † signi.

§. XIX.

De Monte Pietatis in Sutorum beneficium stabilito.

DEindè anno 1619. in quadam Ecclesia sub invocatione S. Nicolai , (quæ ad Abbatialem jurisdictionem spectabat, vid. lib. 2. cap. 10., in signum jurisdictionis, quam per mediam Monteleonis partem antiquitus Abbatia exercebat; nunc verò propter Vicariorum incuriam , etiam hoc jus amisit) nunc S. Christophini alium Montem Calcearii erexerunt , quem eodem anno Excellentia Regni sequentibus literis confirmavit.

D. Petrus Giron Dux Ossunæ , Comes Vreniæ , Marchio de Pignasi et Camerarius Major suæ Majestatis , ejusque Major Notarius Regnorum Castellæ, & in præsentis Regni Vicerex, Locumtenens , & Capitaneus Generalis , &c.

Uniuersis, & singulis presentium seriem inspecturis tam presentibus, quam futuris. Cum nihil sit quod jam præclaros, & uberrimos fructus afferat, quam ipsa pietas, quæ non solum eos, qui ea Divino favente numine præditi sunt, extant, humilesque, & summo Artifici acceptos reddit, verùm ipsorum animos, ac voluntates ad se allicit, & ad Sydera tollit; & si optimum Principem illam erga omnes, ut doceat, in Ecclesias præcipuè Hospitalia, aliasque miserabilium, & pauperimarum personarum congregationes ipsam exercere debet, earum demque piis, & iustis supplicationibus annuere, ac favere, præsequi, & omnè administratio protegere, ut Catholici, & pii, ac religiosi Principis nomen merito in futuram sibi vindicet. Quare cum pro parte infra scriptorum supplicantium regiorum filiorum dilectorum nobis præsentata fuisset infra scripta re-

latio, cum voto nobis facta de nostri ordine per Rev. D. Gabrielem Sanchez de Luna Regium Cappellanum Majorem; ejusque tenor talis est, v3.

Illustris, ad Excellentiss. Signore.

Per parte dell'infrafcritto Supplicante m'è stato presentato l'infrafcritto memoriale con Regia decretatione del tenor seguente, v3.

Illustris, ad Excellentiss. Signore.

Li Maſtri, e lavoratori dell'eſercitio, ed arte de' Calzolari, Conciatori, ed arte predetta della Città di Monteleone eſpongono à V.E. come per agiuto, e ſovvenimento della povertà dell'arte predetta, e manutentione della loro Cappella, ſotto il titolo di S. Crifpino, hanno eretto un Monte di Pietà in detta Città ſupplicano però V.E. à reſtar ſervita di confirmarli detto Monte con la medefima capitulatione, che fù alias concefſa alli Calzolari della Chieſa di S. Crifpino, e Crifpiniàno di queſta Città di Napoli, con farneli ſpedire privilegio in forma della Capitulatione predetta. E l'averanno à gratia, ut Deus, &c.

Reverendus Regus officium Reverendi Cappellani Majoris videat, & referat.

Adorſus Proregens.

Proviſum per Suam Excellentiam die prima Octobris 1618.

Vitalianus.

E con il detto preinferto memoriale m'è ſtata anco preſentata l'infrafcritta capitulatione conchiuſa trà di loro, e firmata dalla maggior parte degl'huomini dell'eſercitio, ed arte predetta, mediante ſede, e concluſione autentica per mano di Gio: Alfonſo Bucchetta Notaro publico nella detta Città di Monteleone. Quale capitulatione è del tenor ſequente, v3.

Capitoli fatti da Maſtro Tomaso Briga, M. Giacomo Ruſſa, M. Gio: Lorenzo Morſico, e M. Cola Valia, Maſtri, e Procuratori della nuova Chieſa, e Confraternità ſotto titolo di S. Crifpino, e Crifpiniàno, eretta nella Città di Monteleone; con la quale capitulatione, mediante la gratia di noſtro Signore Iddio, ed interceſſio-

Con della Beatissima Vergine, e delli detti Gloriosi Santi Crispino, e Crispiniano, ad honore di Sua Divina Maestà, e della gloriosa Madre di Dio, e di detti gloriosi Santi, e nostri Protettori in Cielo, et à perpetua fedeltà della Real Maestà, e de' suoi felicissimi Successori, s'è stabilito, di essi precedente la volontà, dalla maggior parte degl' huomini di detta arte, d'erigere nella Città predetta di Monteleone in detta Chiesa un Monte di Pietà per subventione, ed ajuto delli Mastri, e lavoranti dell' arte de' Calcolai, Ghisnellari, e Conciatori di sola, e pelle di detta Città di Monteleone, e suoi Casali; da regersi la detta opera pia, e caritativa con l'infra scritta Capitulatione, precedente l'assenso, e beneplacito dell' Illustriss., ed Eccellentiss. Signor Duca d' Osuna, Vicerè in questo Regno, in nome di Sua Maestà Cattolica, v3.

1. In primis, s'ordina, che per l'osservanza della presente capitulatione, s'habbia supplicare l'Eccellenza del Signor Vicerè per il suo Regio assenso, e beneplacito in nome di sua Maestà Cattolica Re di questo Regno, e che non degnandosi l'Eccellenza sua di concedere, e prestare tal Regio assenso, in executione, ed osservanza della presente capitulatione, quella s'habbia per non fatta.

2. Item, s'è conchiuso, che delle dette opere pie habbiano assolutamente à godere, e partecipare li Mastri, e lavoranti dell'arte predetta di Calcolai, Pianellari, e Conciatori, dalla detta Città di Monteleone, e suoi Casali, e non altri; quali tutti habbiano à pagare, cioè li Mastri di bottega uno grano il sabato, ed il lavorante uno tornese il sabato per ciascheduna settimana.

3. Item, s'è conchiuso, che quello Mastro, ò lavorante, che mancherà per due sabati di non pagare il detto grano, e tornese, si possa dalli Mastri di detto Monte far fare executione.

4. Item, s'è conchiuso, ch'ogn'anno nel giorno di S. Crispino, e Crispiniano s'habbiano ad eligere quattro Mastri, qual' electione si faccia in luogo congruo per bussola, e quelli, che haveranno maggior voti s'intendano eletti per Mastri, per un' anno tantum, di detta Chiesa, e Montè, e fatta tale electione, s'habbiano i nomi di detti quattro, che saranno eletti, à scrivere in quattro cartoline, e di nuovo bussolare, ed il primo, che uscirà fuori di detta bussola s'incenda per detto anno Mastro, e Tesoriero; ed il secondo per Mastro, e Cancelliero, che non sapeffe scrivere, l'abbia à cedere adi uno delli compagni, che li parerà, purchè sappia scrivere. Ed accadendo, che tutti quattro li Mastri eletti non sapefferò scrivere, in tal caso s'habbia à fare electione d'un Cancell.

collero ad arbitrio di tutti quattro li Maſtri. Allo quale ſe li dicitur competente ſalario, come meglio à detti Maſtri parerà. E così per ſempre s'habbia ad offervare.

5. Item, s'è conchiuſo, per evitare i rumori, e ſcandali, che ſorſe potriano ſuccedere, che in neſſun futuro tempo trà li Maſtri, pro tempore faranno di detta Chieſa, nè habbia ad eſſere, nè antequità, nè anteriorità, tanto nello procedere, quanto nello federe; mà ſiano tutti eguali, ed amorevoli, come ſi trovano, ſenza altra precedenza, facendo il tutto con carità, con haver mira ſolo al ſervigio di Dio, e della Santa Chieſa.

6. Item, s'è conchiuſo, che alli detti Maſtri di detta Chieſa, e Monte, durante l'anno di loro governo, gl'huomini di detta arte l'habbiano à riſpettare, ed honorare, come Maſtri della detta Chieſa, e Monte.

7. Item, s'è conchiuſo, che circa l'eſigenza debbiano fare un meſe per uno, e quello farà menſario non haverà da fatigare altro eſercitio, ed eſatto che haverà il ſabato, la Domenica ſequente immediatè l'habbia à confegnare al Teſoriero, con fare il tutto notare nel libro, che di ciò ſi farà.

8. Item, s'è conchiuſo, che ſinito, che haveranno li quattro Maſtri il giorno della loro amminſtratione, e fatta che farà la nuova eſtione delli nuovi Maſtri, debbiano dare frà termine di giorni dieci conto lucido, e chiaro della loro amminſtratione, con ricever delli nuovi Maſtri eletti quietanza da notarſi nel libro di detto Monte: E di queſto modo s'habbia da offerare in perpetuo.

9. Item, s'è conchiuſo, che ſe nello dare delli conti ſi troverà alcuno delli Maſtri vecchi debitore in alcuna quantità di danaro, ſi poſſa delli nuovi Maſtri ſignificare, e per quello farà ſignificato ſi poſſa eſſequire. Ed eſſendono li Maſtri nuovi ſquitati in eſſequire, ed eſigere quello ſi deve dal Maſtro vecchio, in tal caſo ſiano li Maſtri nuovi tenuti di pagare de proprio quello apparirà debitore la Maſtrana vecchia, non ſtando bene, che per diſquito delli Maſtri, la Chieſa, e Monte predetto habbiano à perdere il ſuo.

10. Item, s'è conchiuſo, che ſuccedendo lite, o differenza alcuna trà gl'huomini di detta arte con li compatori in coſa ſpettante all'arte, ed eſercitio predetto, s'habbiano dette differenze à vedere, e terminare per li Maſtri di detta Chieſa, ſenza pagamento veruno. Ed in caſo d'appellatione ſia Giudice il Governatore di detta Città di Monteleone, pro tempore farà.

Item,

Item, s'è conchiufo, che non si possa in detta Città, e fuoi Casali aprire bottega della detta arte, di Calzolajo, e Pianellaro, e Conciatore, senza che prima non sarà esaminato dalli Mastrì del detto Monte, e Chiesa predetta.

12. Item, s'è conchiufo, che quello vorrà aprire bottega, trovandosi idoneo, e sufficiente, non possa dopo aprire detta bottega, senza che prima non paghi docati trè d'applicarnosi à beneficio di detta Chiesa, ed opere pie, che in quella si faranno: E chi forse, contro la forma del presente capitolo, haverà ardire d'aprire detta bottega, incorra nella pena d'onze quattro, d'applicarnosi à beneficio di detta Chiesa. Verum, che li figli de gl'huomini di detta arte à tempo aprino bottega, non siano sottoposti, nè all'esame, nè al pagamento, come figli delli huomini approvati à detta arte. E che per le pene, contro chi controverirà, si possa dalli Mastrì pro-tempore saranno, fare essequire.

13. Item, s'è conchiufo, che nessuno dell' arte predetta possa pigliare à suo servizio, nè incantare garzone, che stia con istrumento al servizio d'altro Maestro dell'istesso esercizio, se non haverà havuto licenza dal Maestro con chi stà; ovvero havendo finito il tempo. E pigliandolo senza detta licenza, e senza haver finito il tempo del servizio incorra alla pena, chi controverirà, di docati sei, da esigermosi, ed applicarnosi à beneficio di detta Chiesa.

14. Item, s'è conchiufo per questo vivere, che nessuno creato, ò lavorante possa aprire bottega vicina alla bottega, dove have imparato, ò esercitato l'arte predetta, se non discosto dalla bottega, dove have imparato, ò lavorato, per spatio di dieci canne: E chi controverirà in questo, incorra nella pena d'onze sei, d'applicarnosi a beneficio, comodo, ed utilità della Chiesa predetta, ed opere pie, che in essa si faranno.

15. Item s'è conchiufo, che ogni Maestro di bottega, tanto Calzolajo, quanto Pianellaro, e Conciatore, nel giorno della festività di S. Crispino, e Crispiniano habbiano à fare una torcia di cera bianca d'una libra, e quella donare à detta Chiesa. E così similmente li Mastrì di bottega, ut supra, debbiano nel giorno della Santissima Pentecoste ogn'anno fare un'altra torcia di peso d'una libra, e quella donare alla detta Chiesa per carità; ed in subventione delle opere pie, che in essa si fanno, e si faranno.

16. Item, s'è conchiufo, che li Mastrì di detta Chiesa siano tenuti d'andare à visitare gl'huomini di detta arte, che staranno ammalati, con riconoscerli, e vedere se tengono necessità, e te-

nendo necessità lo debbiano aiutare , e soccorrere delli beni di detto Monte, e come meglio à detti Mastri parerà , e la necessità ricerca, havendo mira al servizio di Dio, ed al prossimo.

17. Item, s'è conchiuso , ch' occorrendo , che all' infermità succedesse morte, lo debbiano sepellire nella fossa di detta Chiesa, ò in altra Chiesa, che si farà lasciato, con quelle effequie, che meglio à detti Mastri parerà.

18. Item, s'è conchiuso, che l' infermo si debbia visitare sempre durante l' infermità, tanto da essi Mastri , quanto da altri di detta arte, per mostrarli benevolenza, ed amore , con starci molto bene avvertito di farlo confessare, comunicare, e farli fare tutto quell' officio, che conviene ad uno fedele Christiano, con confortarlo al ben morire.

19. Item, s'è conchiuso, che non tenendo l' ammalato necessità, non per questo se li manchi di mostrarli segno d' amorevolezza, d' alcuna galanteria: Però circa l' assistere , e visitare durante l' infermità si debbia offerire con tutti. E nel giorno, che'l cadavere del morto s' andrà a sepellire, siano obligati , così li Mastri della Chiesa, come gl' huomini di detta arte , e Confrati bianchi della Chiesa predetta, d' andare ad accompagnare il cadavere alla sepoltura: E chi mancherà, non impedito di giusto, e legitimo impedimento, incorra nella pena, ch' controvenirà, d' una libra di cera, d' applicarsi à beneficio di detta Chiesa, ed opere pie, che in essa si fanno, e faranno.

rantium fasces; Provinciarum, Regnorumque Proregum, & Vicariorum munia; Legationes ad Principes, quinimmò & Principes, Duces, Marchiones, Comites, ac insuper innumeri Auri vel-leris, Melitæ, & omnium honorum Equites; necnon cujusvis Magistratus Augusti, honores, & dignitates, ut vix alia, quæ solent per Pontifices concedi, ac Reges ullo unquam tempore, im-petrata remaneant: Quod scripta non tantum Privilegia, vel feu-da à Regibus habita non pauca, sed muta & ipsa textantur saxa, quæ loquacibus animata characteribus, locis in diversis, verba faciunt immortalia. Sileo, quia tantum si vellem in longum ire, hæc omnia referre possem; nec hic est locus, ingens enim volu-men requireretur. Sit tantum hic labor, & Pignatellis, & reliquis argumentum benevolentiae meæ, testimonium indicii, grati ani-mi, non omnino quale velim, sed quale possum hoc tempore, me-nimentum.

I N S I G N I A .

*In Campo aureo tres Ollæ nigri coloris . Ex
Stephano verò descendentes addunt
Rastellum rubrum , ut diximus
versus principium .*

A T T A F I L

AD Civitatem Amanthæ translata est familia hæc, ubi per-sistit etiam, necnon juribus illius nobilitatis fruitur. Græ-cam tamen fuisse ex cognomine ipso argumentari poteris. Ex quo verò loco, aut quo tempore ad nos venerit incertum est, & longæ antiquitatis obscuritate, & sæculorum negligentia, quibus aut parum, aut nihil apud nostros literis mandabatut. Hinc Sin-dicos, sive Urbis Præfectos anno 1541. antiquiores minimè in-venio, demptis duobus, vel tribus; inter quos anno 1480. Mona-chium Attasium, qui privilegium, ordine primum, à Serenissimo Rege

Rege Ferdinando, nostræ Civitatis gratia, impetravit, *vid. sup. cap. 5.* Tanta enim fuit prisorum Civium incuria.

Insignia hujus familiæ, sicut & cæterarum familiarum cum aliis hic impressa videbis.

I N S I G N I A.

Campus ceruleus in duas partes divisus, inferius calculus cum casulis albis, & nigris; desuper verò arca, sive tabula, supra quam accipiter quasi volans, & supra accipitrem dimidium lune. Circumcirca campum, inscriptio:

*In te Domine speravi non confundar
in æternum.*

A T T E S A N I.

Vigente Rugerio Guiscardo, Magno Calabriæ Comite, unus ex hac familia, quem ipsemet Rogerius in suo privilegio, *vid. lib. 2. cap. 6. §. 1. pag. 104. lin. 23.* Ioannem Casarum Attisanum vocat, Rogerii Miles, ac Eques fuit, hujusque originem nescimus, Græcum tamen fuisse non dubitatur. Non desunt tamen, qui eos Verona oriundos credant, denominationemque sumere ab Athese, vulgò, *Adice* flumine, à quo Attesani dicti sunt. Sed re vera potius dicendum est à nostra Civitate Veronam profectos esse; antiquiora enim sunt apud nos hujus familiæ monumentorum, testimonia, ut in præfato privilegio. Et Orlandus, quem aliqui Veronensem mendosè scribunt, fuit noster Patritius, fortissimæque Vir, qui Lombardiam petiit, & multis in bellis egregia faci-

ore

nora edidit: Hic apud Veronam pugnando hostes retrudit supra Athesis pontem, quibusque Cives Veronenses eum frangerent, ne hostibus aditum præberet; quod foeliciter eveniens, Orlandus flumine Athese, pontoque fracto, in suis stegmatibus usus est: non tamen ab Athese cognomen accepit, ante enim hoc facto Attefanus dicebatur, ut in Privilegio citato. Antiquiores Attefani secuti sunt Normanos in bellis, ac omnibus ferè præliis, quæ à Barbaris in nostros pugnata sunt, effulserunt. Deinde clarissimos Viros habuit familia hæc, tum militia, tum juris Civilis scientia, tum gravitate morum insignes.

Fuit Orlandus recensitus, cui Rubertus Rex Neapolis, ob præclara ejus merita, accedente etiam antiqua nobilitate, intuitu fervitiorum, feuda non pauca in Belvideri, & Sanciniti ora concessit, & ipsum in suam familiarem recepit, aliorumque Familiarium consortio aggregavit. Quam dignitatem Rubertus à Serenissimo Carolo III. Neapolis Rege anno 1381. item obtinuit. Fuit & Joannes miles, & Eques, quem Rex Ladislaus an. 1388. quotidiano stipendio, ob egregia ejus facinora remuneratus est, ut habetur in diplomatis, quæ asservantur in Erario Neapolitano, ubi *fascic. 49.* hanc familiam scriptam leges. Fuerunt etiam Marcus Antonius seculo 15. in Flandria Capitaneus; & Stephanus Statum Montis Leonis, ac Miletum anno 1617. Dux ad bellum, à Noceræ Duce, tunc Calabriae Vicario Generali, assumptus. Fuerunt tandem Petrus Nicolaus, & Joannes Franciscus, ille 14. hic 15. sæculo floruit; Fabius munificentia Philippi IV. Hispaniarum Regis invictissimi in Regio Ulterioris Calabriae Senatu anno 1648. Consiliarius; Annibal; & nostris temporibus Honuphrus, omnes in jure consultissimi.

Multisque denique affluit divitiis familia hæc. Franciscus, & Nicolaus feudalia possiderunt; ille anno 1407. in Arenarum agro; iste anno 1485. in Roccæ Angitolæ ora, & dicebatur, *Feudo dell'oliveto*. Hic etiam anno 1497. Bajulam Terræ Francavillæ, Actorumque magistrum possedit. Et Joannes Nicolaus feudum, *Cerajarella*, vocatum sæculo 15. habuit, necnon & ex Rosarum bagliva nummos aureos 115. quotannis percipiebat.

Castrum etiam, quod nunc propè illud Vibonis penè dirutum videtur, è fundamentis erexit familia hæc, tormentis bellicis ex ære munivit (quæ deinde ad Pitium translata sunt) ac accedente Regum assensu, usque ad Patrum nostrorum dies, fideliter custodivit.

Antiquissima est igitur hæc familia, semper inter primarias habita, semperque Montemleonem directus ramus incoluit. Hinc multos hujus gentis in nostra Vrbe Senatores inuenio; Ioannem Nicolaum anno 1543. Joannem Franciscum 1544. Marcum Antonium 1568. Fabium 1574. Doctorem Franciscum 1579. Stephanum 1610. Ioannem Nicolaum alterum 1612. & 1627. Doctorem Annibalem 1646. 1653. 1659. & 1671. Doctorem Honuphrium 1668. Antoninum tandem 1681. 1686. 1695. 1701. Cæteros antiquiores nescimus ob scripturarum penuriam, ut de Attasiana familia diximus.

A R B O R.

Franciscus, & Nava, filia cujusdam Hispani Equitis armorum in Arenis, genuerunt Nicolaum. Ex quo, & . . . Galiano nascitur Nicolaus, feudatarius in Rocca Angitola ut supra diximus. Qui cum Hippolita Pepe, nobili squillacensi, suscepit Ioannem Franciscum. Hic, & Hippolita Plasmò habuerunt Marcum Antonium, Ioannem Petrum, Ioannem Nicolaum, & Cathaldum Presbyterum beneficio pingui.

Marcus Antonius ex Hippolita Coccia suscepit Ioannem Franciscum U. J. D. & Cæsarem Isabellæ Protospatari nobilis Borelli virum. Ioannes Franciscus cum Lucretia Papaleo Civitatis Castriveteris tulit Stephanum, Giacchellinæ Campenni, nobilis Nicoteræ, maritum; & Marcum Antonium, qui cum Diana, item Campenni, ac Giacchellinæ sorore, procreavit filium, Deo dicatum; Lauram Doctoris Lucii Schipani uxorem; & Emiliam Ioannis Thomæ Schipani, Capriolæ Baronis consortem.

Ioannes Petrus, & Iuditta de Marco progenuerunt Alexandrum Cruciferum, qui Genusæ ab dormivit in Domino Sanctè vivendo. Hic antequam Religionem ingrederetur filium habuit, qui, etiam & sanctè vitam hæremiticam duxit in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Portu Salar, propè Vibonis Castrum. Vide *cop. ult. de Vir. Illustr.*

Ex Ioanne Nicolao tandem, & Portia Mazza nascuntur Fabius; Annibal; & Marcellus triremium Gubernator, & Isabella Tomarchelli, sororis Fratris Pauli Tomarchelli Equitis Hierosolimitani, maritus. Hic genuit Fabritium Annæ Fiesco, nobilis, ac incolæ Terræ Caridà Virum.

Fa.

DE MONTELEONE. §07

Fabius, & Diana Cerasia habuerunt Ioannem Nicolaum, & Lelium. Hic cum Hieronyma Messina tulit Doctorem Annibalem, Claræ de Amello Terræ Arenarum virum, cum qua habuit Antoniam Honuphrii Attifani, de quo statim, uxorem. Ille ex Camilla Piscina, nobili Genuense, tulit Carolum Abbatem Pungadi, & Beneficiatum, necnon & Fabium U.I.D. Hic cum Barbara Lombardo, nobilis Civitatis Briatici gignit Antoninum, & Honuphrium. Qui cum Antonina Attifani, jam recensita, natos non habuit: Cum D. Flavia Donato, nobili Messanensi, ex Equitibus, procreavit Fabium, è vita in infantia ablatum, & Vespasianum, nunc 1708. septem annorum circiter. Item Fabius Doctor habuit Theresiam, Caroli Vaccari uxorem, & Camillam in Monasterio S. Claræ Civitatis Beratici sæpe sæpius Abbatissam. Alias Moniales habuit familia hæc, & in Monasterio jam recensito sanctimonia refulgentes, *vid. cap. ult.* & in nostræ Urbis Cœnobio, sub titulo S. Claræ, quas in arbore, forsitan, veluti mundo mortuas, sui texere negligerunt.

INSIGNIA.

Atbesis flumen, cum ponte fracto, supra quem tres stellæ in campo cæruleo.

BADOLATI.

Familia origine Consentina, ubi segregationis tempore, scilicet anno 1594. ex eo quia nedum antiquos Nobiles, verum etiam nobilitatis initium habentes aggregarunt Consentini, Nobilium cœtum ingredi dedignata est. Joannes Dominicus, qui fuit Syndicus anno 1629. à nostris Patritiis, ob ejus merita non pauca, aggregationem obtinuit. Hic nobilem mulierem, ac Patritiam, Popam Sacco in uxorem duxit, ac Nicolaum suscepit, qui Ceciam Satriano habuit, ex Nobilibus Briaticensibus. Nicolaus iste plures filios, filiasque procreavit: Vivunt hoc anno 1708.

I N S I G N I A.

*In campo cæruleo tres montes; leo in altum
 elevatus supra eminentiorem montem;
 desuper leonem circinus apertus, ac
 montibus innixus inferioribus, su-
 pra quem tres stelle, & tandem
 supra eminentiorem stel-
 lam Sol.*

B A R O N E.

Satis sunt, & nobilitate, & antiquitate conspicui. Ex nostra
 Urbe Rhegium, Tropeamque se traduxerunt, semperque
 apud Patricios ubique habiti sunt, divitiis affluentés. In nostra
 Civitate adhuc extat eorum palatium, cum ejusdem familiæ steg-
 matibus, hodie tamen à familia Attesani, de qua nuper diximus,
 possidetur. Multisque honoribus, & dignitatibus à Regibus E-
 quitibusque Hierosolimitanis, inter quos etiam aliqui ex hac fa-
 milia numerati leguntur, ob egregia eorum merita donati sunt.
 Multos in nostra Urbe Præfecturam consecutos proculdubio
 judicamus, duorum tamen, videlicet Doctoris Francisci anno
 1584. & 1594. & Joannis Dominici anno 1608. scriptam me-
 moriam habemus.

I N S I G N I A .

Fascia rubri coloris, campum cæruleum dividens; sub fascia mare, supra vero, Sydera duo.

BISOGNI, SEU FISOGNI.

O Riginem generis ducunt ab U. J. D. Julio Brixienti, qui celeberrimus fuit sua mirabili doctrina, cujus meminit *Franciscus Sanseverinus* in suo lib. cujus titulus, *Ritratto delle più nobili, e famose Città d'Italia pag. 13.* Hic fuit Avus, vel Proavus Joannis Hispanensis, sic dictus, quia ex Hispania viduus Calabriam appulit cum filio suo, tempore Caroli V. Imperatoris, à quo Dux militum creatus est, vide *cap. anteced. in fine.* Fisogni, non Bisogni scribere veteres solebant, quod usus postea mutavit, & casus, accidit enim ut Joannes, dum decertaret, in angustias ab inimico induceretur; dicebat inimicus, cede locum, se non voluntariè, sed fœdem necessitate ductus, ipse verò ense inimicum interficiendo, respondit. Cum necessitate justitia, quam inscriptionem, necnon & ense suis stemmatibus adjunxit: *Qua de causa Bisogni deinde, non Fisogni cognomen accepit.* Viros illustres, ac meos hujus familiæ consanguineos, vide *cap. ult.* Hic tantum duas Eminentissimi Cardinalis de Torres, ex multis adducam epistolas, Cæsari, & Antonio, Patri scilicet & filio, ab eodem scriptas; necessaria enim sunt pro corroboratione eorum, quæ *cap. cit. de talibus* Viris diximus.

B I S O G N I
F O R I S

Al molto Eccellente Sig. il Dottor Cesare Bisogni.

Monteleone.

I N

I N T U S.

Molto Eccellente Signore. Con l'avviso, che s'ebbe del miglioramento di Monsignor Vescovo d'Oppido, non mi parve di far alteratione nelle cose di Ciano, ma lasciar il tutto alla sua deliberatione; hora che per le lettere di questa mattina s'è intesa la sua morte, della quale hò sentito quel dispiacere, che può V.S. immaginarsi, è necessario, ch'io venghi ad altro provvedimento, e non havendo in cotesse parti persona à me più amorevole di lei, ricorro per l'avvenire con ogni confidenza alla solita sua cortesia, siccome fò hora, pregandola ad incaricarsi gl'interessi di cotesa mia Abbadia di Ciano, e perche possi farlo con l'autorità spirituale ancora, giacche non può ella per se stessa, come persona laica, esercitar quella giurisdittione, m'avvisi, in che forma desidera la patente di Vicariato per il suo Nepote, ch'io subito gliela mandarò. Frattanto esercitarà con mia lettera il medesimo D. Nuntiato, al quale scrivo per ciò l'alligata, e V.S. mi farà piacere di ricuperar dalli servitori di Monsignor bo. mem. tutte le scritture, che tiene concernenti quest'Abbadia, e me ne mandarà la nota, percb'io sappia, se v'è cosa, che sia necessaria haverla appresso di me; & in oltre si compiacerà avvisarmi tutto quello, che dice havermi già scritto sopra il particolare della fabrica della Chiesa di Ciano, giacche quella lettera non è venuta alle mie mani, ed io possa, doppo esser informato, sodisfar alla mia conscienza circa la reparatione di essa: Et quanto alla provisione del beneficio, mi rimetto à quel tanto, che hò scritto per Gio: Vincenzo di Leto, che partì di quà tre giorni sono. E non havendo per hora altro, che soggiungerle, me le offero, o li prego da Dio intiero bene. Di Roma 23. Giugno 1629.

Il Cardinal de Torret.

F O R I S.

Al molto Eccellente, il Dottor Antonio Bisogni.

Monteleone.

I N.

I N T U S.

Molto Eccellente Signore. *Hò sentito dispiacere grande per la morte del Doctor Cesare Bisogni, che sia in Cielo, per l'affetto, che gli portava, e per la stima, che facevo del suo merito. Dio sempre consoli lei, e la sua casa, verso la quale io continuerò la medesima volontà d'impiegarmi in sua servizio, ed à lei auguro ogni bene. Montecale 20. Giugno 1638.*

Al suo piacere.

Il Cardinal de Torres.

Antiquiores apud Briziam floruerūt, videlicet Eques Hieronimus, & Horatius major Stator, & Supracoonitus super Venetorum castris, ubique contra Turcas pugnando pro fide catholica vitam finivit anno circiter 1570. Horum hominum, sed potius Heroum mentionem facit *Saufovinus citatus.*

A R B O R.

Julius Bisogni U. J. D. Avus, vel Proavus Joannis Hispanensis dicti, quia cum Hispanorum exercitu venit, ut in principio, cognomento deinde Bisogni. Ex Joanne Raymundus. Ab hoc, & Lucretia Martirano nobili muliere, Caesar V. I. D. qui composuit librum Allegationum, & nonnullos alios, *vid. cap. ult. & Fullia uxor Orlandi de Francisca Nobilis Gemuenfis.*

Ex Cesare, & Julia Barbuto, filia iuris cōsultissimi Ferdinandi, Nobilis ex Mesinensi territorio, Antonius V. I. D. Ioannes Dominicus V. I. D. vir magnae expectationis, sed moritur juvenis; Placitus, & Prudentia, coniux Marci Antonii Tascione, nobilis Squillacensis, Pitii tamen incolae, familia tunc ditissima, sed hodie extincta.

Antonius, & Iulia Grande, Civitatis Briatici Patricia, susceperunt Caesarem secundum V. I. D. anno 1684. 1691. & 1709. Urbis Praefectum; anno vero 1708, renunciavit, *vid. hic cap. 6. n. 24. & cap. ult.* Rachaelem Honuphrū Bisogni V. I. D. & Prudentiam Dominici Lombardi, alias Satriani, Patritii Civitatis Briatici

tici prædictæ uxores ; & Lucretiam in ejusdem Civitatis Monasterio monialem.

Cæsar secundus , & Francisca Gatti , seu Gatteschi , familia nobilissima originem trahens à familia Gattesca Civitatis Viterbii , cujus olim dominabatur , ut infra videbis , tulerunt Antonium secundum , qui ordinavit , & in lucem dedit Privilegia , & Capitula nostræ Urbis , *vid. cap. ant. n. 1.* Ignatium , deinde Vincentium Lectorem Ordinis Prædicatorum , huic ab ejus meritis non pauca singulare privilegium Civitas Montisleonis concessit , quod infra ad literam annectam ; Hic Provincialis Armeniæ , ejusdemque Provinciæ Apostolicus Visitator a suo Patre Generali anno 1708. deligitur , & nominatur , mandans ei , ut ad se veniret. Qui obediens iter incepit , & Paulam Calabriæ Oppidum adveniens morbo afficitur , hinc ad Patriam rediit , ibidem Medicis jubentibus , atque attestantibus , allegans delicatam sui corporis constitutionem , Provincialatui cessit. Ioseph , qui dicavit librum Privilegiorum Excellentissimæ nostræ Urbis Ducissæ , hodie 1708. regnanti ; Lauram Iesuitam , & Iuliam , deinde Magdalenam in Montisleonis S. Claræ Monasterio Monialem.

Ex Antonio secundo , & Anna Lombardo , seu Satriano (cujus insignia sunt , uno modo , fascia rubra à dextris ad sinistram descendens , & duæ stellæ una supra , & altera infra fasciam in campo cæruleo , alio modo , in campo item cæruleo tres montes , fascia rubra tribus astris ornata à dextera ad sinistram descendens , supra quam tria lilia alba) Patricia Briaticensi nascuntur Ioseph , qui undecim annorum , die 19. Julii 1707. obiit ; Cæsar tertius , Dominicus , Evangelista , moritur infans ; Anastasia , educanda in Monasterio Civitatis Briatici , cum spæ religionem amplectendi , & Francisca .

Ioseph in uxorem duxit Mattiam Bisogni Nicolai petitum Ducis filiam , ex qua habuit Nicolaum , Dianoram , Prudentiam , & Franciscam .

INSIGNIA.

In campo cæruleo, tres fasciæ rubri coloris; sex montes, tres ex uno latere, & tres ex altero, supra fasciam ultimam erecti, at non omnes æquales, sed montes in medio aliquantulum elevati; ensis, cum acumine versus montes, pendens in medio, duo astra aurea, & duæ columbæ supra altiores montes, vel una tantum desuper summitatem clypei, in ore deferens inscriptionem banc, Cum necessitate justitiæ. Addunt bodiè nostræ Urbis insignia, ut ex sequenti Privilegio.

Rev. P. Lect. F. Vincentio Bisogni Ordinis
Prædicatorum dilectissimo, & ama-
tissimo Patritio nostro.

Nos infra scripti Sindici, atque Electi hujus fidelissimæ Ci-
vitatæ Montisleonis Provinciæ Calabriae Ul-
tra, salutem.

Quamvis proprio fruatur honore, quod est natura laudabile,
nec desunt probatæ conscientia fascies, cum generant animo
dignitates. Omnia siquidem bona suis sunt junctæ cum
fructibus: Nec credi potest virtus, quæ separatur à premio. Ta-
men judicii nostri culmen excelsum est, quoniam qui à nobis pro-
vchi-

R r

uebitur præcipuis plenus meritis existimatur. Nam si æqualibus
 credendus est, quem iustus elegerit; si temperantia præditus, quem
 moderatus asciuit, omnium profecto capax potest esse meritorum,
 qui Iudices virtutum civium meruit habere cunctarum. Quid
 enim majus quaritur, quam ibi inuenisse laudum testimonia, ubi
 gratificatio non potest esse suspecta? Dominantis quippe sententia,
 iudicium de solis assibus sumit, nec blandiri dignatur animus Do-
 mini potestate munitus. Repetantur certe, quæ te nostris sensibus
 infunderunt, & quæ in te vidimus, ut laboris tui fructum capias,
 ut nostris animis singula suaviter inebesce cognoscas. In ipso quip-
 pe tui adventus exordio Lectoris Philosophiæ manus in hac nostra
 Patria, loco atque celebri, magno tui, tuique Ordinis, ac hujus
 Universitatis favore per triennium publicè exercuisti. Deinde pa-
 ri ratione, à tuo Superiore datus, approbatus, & institutus Lecto-
 rum Sacra, & Scholasticæ Theologiæ in hoc eodem loco fuisti, &
 per aliorum trium annorum curricula hanc publicam cathedram
 rexisti, prout & nunc regis, & sæpè sapius, prout adolescentium
 educatio exigebat, duplicatis, & aliquando tripliciter lectionibus,
 multiplicatos tuos admirati sumus sudores, & admiramur, quo-
 rum non pauca exhibuisti signa, omnia Lectoris mania pro viri-
 bus diligentissimè, ac plenissimè adimplendo, in lectionis frequen-
 tatione, collatione, circulis, conclusionibus, & in aliis. Religioni-
 bus etiam laudabiliter argumentando. Quantum verò nos omnes
 bonitati, charitatique tuæ debeamus, jam nos testes facundissimi
 esse possumus. Etenim cum hujus nostræ Civitatis Privilegia, qui-
 bus decus, & immunitas continetur, quidem vel pessum dare, vel
 saltem labefactare amitterentur, tu tamen solus ingeniq; bonitate,
 atque zeli robore oblitando PATREM PATRIÆ te nobis
 omnibus, ac defensorem ardentissimè præbuvisti. Neque verò tuæ
 satis fuit charitati hoc tribuere, sed etiam edidisti his temporibus,
 quæ monumentum tui amoris erga Patriam præstent universis in
 ævum, eadem Privilegia dicimus, in quibus adoperandis, glosan-
 dis, & interpretandis per plures menses insudasti. Quin etiam,
 & expensis tuæ nobilis familiæ ipsa in lucem dedisti. O admirabi-
 le tui præconium! O inclytum amoris Patriæ testimonium! Neque
 enim, post sanguinis effusionem, opus aliud huic præstat, utilitate,
 vel gratia. Parcite nobis Cives, nam Viri hujus præconia, ejus
 compellunt merita, inducunt monumentum perpetuum, quo ad imi-
 tandum posteri trahantur. Fructus nunc bonis tuis, & ingentes
 sudo-

laudores, quos respectu publico contempisti, & in hujus nostra Civitatis historia Chronologica, pro qua in dies acerrimè laboras, etiam nunc contemnis, recipe duplicatos. Hæc est via gloriosa, commoditas, Urbis Præfectos esse testes, Cives habere ludantes. Hæc ergo tot amplissimis laudibus incitati, Ordinarii hujus nostra Civitatis Oratoris, sive Internunciis, defensoris, ac Theologi apicem jasta remuneratione, publico etiam consensu, conferimus; ita ut etiam nostra Civitatis stemmata tæe familia insignibus, tu, tuique addere possint, ut quod aliis est præmium, tibi sit retributio meritorum. Facultatem etiam tibi damus, ut per te ipsum, sive per Procuratorem, & Advocatum, à te specialiter assignandos, & substituendos, ea, quæ ad nostra Universitatis beneficium sunt, peragere possis. Multa Vir felicitate laudabili, qui ad banc vocem Urbis Præfectorum animos impulisti, ut honorum tuorum patius fateremur esse quod credimus. Sed hæc Divino perpetrata auxilio, ut cum hæc pro remuneratione tribuimus, ad meliora iteramus meritis exigamur. In cujus rei testimonium hæc nostras literas nostra propria manu subscripsimus, at sigilli nostra Civitatis impressione munitas jussimus expedire. Datum Monteleone die 16. mensis Julii 1705.

Ita est. D. Franciscus Antonius Morelli Syndicus.

Ita est. Ascanius Gatti Nobilium Electus.

Ita est. Joseph Onemma Elect. Nobilium.

Ita est. Jacobus Carretta Syndicus.

Ita est. Dominicus Bilotta Electus.

Ita est. Gregorius Foschi Electus.

Locus † Sigilli.

Dominicus Donnes Cancellarius.

C A P I T U L U M.

IN anno 1490. circiter Familia hæc à Beneventana Civitate huc se transtulit, primusque qui Monteleonem incoluit fuit Galeazus, sive Agatius Capialbi. Hujus nepos, Camillus nomine, Urbis Præfecturam anno 1551. primus obtinuit. Agatius frater deinde anno 1558. Petrus Cola, id est Nicolaus 1591. Johannes

R c a

Do-

Dominicus 1602. Doctor Hortensius 1636. & 1642. Doctor Ioseph 1674. Hector, qui nunc Stylum habitat, ibique inter Nobilium, cætum aggregatus eminet, anno 1683. Doctor Dominicus 1697. Hic manifestum quoddam mihi visendum ostendit, in quo legitur Capialdi, in Capobianchi, tempore Xisti V. cognomen mutasse, quando Horatius Capialdi legati munere apud eundem Pont. Beneventanæ Civitatis nomine optimè functus est, & ubique, sive apud Beneventum, ubi Marchionatu Roccæ Sancti Fœlicis, & Corisæ gaudent, sive Romæ; ubi Comitatu refulgent, sive apud Syracusas, ubi feudalia non pauca possident, Capobianchi ab illo Horatio, dicuntur, Monteleone excepto, ibi enim adhuc antiquum retinent cognomen, & Capialdi vocantur.

Viri illustres non pauci in eodem manifesto numerantur. Petrus Antonius Regis Ladislai Cubicularius, Bartholomeus Episcopus Tiberiadis, & Caroli V. Imp. tempore apud Neapolim Nuncius Apostolicus. Petrus Episcopus Litterensis, dum Tridentinum Concilium agebatur: Scripsit hic de Iurisdictione Pontificia. Petrus Antonius Episcopus Cedegnenis. Et Antonius anno 1670. Syracusanensis Episcopus.

In Regio etiam Archivio anno 1282. de genere Militum, nominatur Franciscus de Sirè Nicolaus Capialdi, ut in *fascicul. fol. 20.* Anno 1419. Petrus fuit receptus in Familiarem de Regis Hospitio, ut in *regist.* Regis Ladislai. Et nonnulli Neapolim Regii Consilarii, Regiique Iudices: Necnon & Abbates, Prælatique quamplurimi, & alii, qui ex hac familia, tanquam ex equo Trojano, prodire Viri Illustres, quos hujus familiæ descendentes adæquant, & virtutum suarum luminibus omnium concivium suorum ubicunque habitant (ubi, bellis civilibus, tempore Federici Imperatoris inter Capialdos, & illos de Balzo, Vigintimiliis, Mascambrunis &c. ortis, diffusi sunt) oculos, & animos in se trahunt.

A R B O R.

G Aleazus, seu Agatius Capialdi in principio positus, procreavit Camillum, & Agatium alterum. Camillus genuit Ioannem, Dominicum seniore. Ex hoc nascitur Ioannes Antonius, qui habuit Ioannem Dominicum juniorem. Hic suscepit Horatium.

tium. Ex quo, & Beatrice Chryspo oriuntur utriusque Juris Doctores Ioseph, & Hortensius, ille libellos duos in lucem edidit, ut *cap. ult. videbis*, hic quo ad vixit Castellanus, ac Rationalis Excellentissimi nostri Ducis extitit.

Ioseph & Anna Solaro habuerunt Hectorem, hodiè Civitatis Styli incolam, & Patritium, ac olim illius Urbis Præfectum; Dominium Magdalena Solaro virum, & Catharinam Antonii Chryspo uxorem.

Hector in conjugem duxit Portiam Carnevale prædictæ Civitatis Styli Patritiam, ex qua Nicolaum V. I. D. & Vitum Antonium tulit, plurimas etiam filias.

INSIGNIA.

In campo ceruleo fascia rubri coloris, sub qua astrum aureum, supra verò mensura quedam, veluti circinus apertus, in cuius medio caput calvum, supra tandem duæ stellæ aureæ.

CESARE.

EX Squillacensi Civitate in nostram se traduxerunt Cesares, ex familia satis honesta, & nobili. Primus, qui Monteleonem incoluit fuit Camillus Cesare, inter Patritios tempore segregationis numeratus. Hodie utrobique sunt extincti, attamen viget in Civitate Neapolis stirps, ex Octaviano Regio Consiliario descendens, ut satis constat ex *Josepho Campanile tom. 1. pag. 312. in suo lib. Notizie di Nobiltà*. At quia Author recensitus, de Illustribus hominibus, qui tam in literis, quam in armis, & dignitatibus florere, plenè differit, ideo silefco, & solum loquor

quor de Ioseph, qui duas habuit sorores Catharinam Ioannis Baptistæ Zombini (de quo infra ubi de hac familia) Patritii uxorem, & Elisabeth, Ioseph David, nobilis Salernitani conjugem.

Ipse enim in uxorem duxit Michaelam de Luna, Hieronymi, Equitis S. Iacobi de ense filiam, & suscepit Octavianum, V. I. D. Salvatorem; Franciscum Dominicum, Catharinam Domini Amato, Equitis Neapolitani uxorem, Thomasinam in Monasterio S. Mariæ Magdalensæ, Civitatis Neapolis, Monialem, & Hieronymam.

I N S I G N I A.

In campo cæruleo leo aureus, pinetum aureum quasi inscendens.

C O C C I A.

Gens clarissima fuit, estque etiam, & ab ipsis initiis, quo Vibo nomen mutavit usque nunc, multis præclaris viris effluit, quorum præconia non dum ad nostras pervenerunt aures, nullus enim hujus familiæ nostram incolat Civitatem, sed ad Civitatem Tropiensem translata est non multis ab hinc annis, ibique habitat, Patritiis familiis sanguine conjuncta. Multi eorum apud nos Urbis Præfecturam potiti sunt, quorum tamen meminimus, sunt Bartholus anno 1578. & 1583. Ferdinandus 1613. & Franciscus 1626. & 1647.



I N-

I N S I G N I A.

In campo cæruleo repagulum aureum, vulgo Sbarra d'oro, à dextera ad sinistram descendens, supra quod sydus caudatum.

C O M I T O.

Hujus generis origo à Salerni Civitate fuit. Pater Antonii, & Ferdinandi, primus Montemleonem ad habitandum venit. Hic procreavit Lutium, ex quo Hieronymus. Qui habuit Scorzonem, & V.I.D. Antonium. Ex hoc Antonius. Qui cum Laurentia Schipece genuit Michaellem, Joannem Baptistam, Poëlicem Philippi Signoretta consortem, & Isabellam. Michael, & Tolla Signoretta tulerant Dominicum, & Antonium. Hic cum Julia Clerici habet Phœlicem, & Lucretiam.

I N S I G N I A.

Arbor pini domestici in campo cæruleo, supra quam avis, ac tres stellæ.

C R I S P O.

Gens antiqua in alias, atque alias ejusdem cognominis stirpes derivata. Multos infignes Viros, & omni honorum genere ornatos habuit. Ab Aquila, à qua originem duxisse, ab illo scilicet Cajo Salustio Chryspo Amiternino historiographo clarissimo.

rissimo, *Riviera in suo manuscripto* tradit, in diversas partes nempe Neapolim, à quo Monteleonem, & Rossanum, à Monteleone verò Romam, & Stylum, ab hoc tandem Pizzonem diramata est. Hæc familia vetusta est in nostra Vrbe, nec à Pandolpho initium sumit, ut aliqui mendosè judicant, sed ante illum anno 1522. in focalarium numeratione, & Joannem, & Joannem Matthæum fratres, nec non & Perullum eorum patrem invenio.

Circa annum 680. Ser Bartholomæus Chryspus Imperatoris Eraclii familiaris procreavit Benedictum & Lallam. Hic in sua Patria, nempe apud Aquilam perpetuavit domicilium. Ille virtutibus plenus Archiepiscopus Mediolanensis à Papa Sergio I. renunciatus, sanctè rexit Ecclesiam per annos 45. Deinde obiit Mediolani circa annum 736. die 11. Martii, ut in *Martyrologio Romano*; ibidem enim habetur: Mediolani S. Benedicti Episcopi. Hujus meminit *Carolus Baronius to. 8.* vitam verò scripsit *Lentinus*, typisque dedit Neapoli anno 1674.

Post temporis progressum Amicus Chryspus Neapolim incoluit, à quo Viri illustres non pauci, ut *Lentinus* citatus in dedicatoria, & *Scipio Chryspus* in suo libro, *Vespro Siciliano*, Neapoli anno 1678. impresso, tradunt.

Ab ipso etiam descendunt Andreas, qui circa annum 1430. Rossanum profectus; ibidem vices Segreti gerens, ac Salinarum Doanerii majoris officium exercens, domum stabilivit: Et illi, qui nostram habitant Urbem, unde fit.

A R B O R.

Sed à Parullo incipimus, tempus enim edax antiquiores devoravit. Hic genuit Joannem, & Joannem Matthæum. A quo Pandolphus V. I. D. anno 1549. nostræ Urbis Præfectus, *vid. cap. 5. §. 15.* Huic Eminentissimus Cardinalis Chryspus, *vid. cap. ult. de Vir illast.* sequentem scripsit epistolam, quam Franciscus, ipse Abnepos, conservat.

A TER.

A T T E R G O.

*Al Magnifico Signor Pandolfo Crispo de Monteleone,
Parente carissimo.*

I N T V S V E R O.

Magnifico Sig. Pandolfo. *Quando, sicquid Fratere Giovambatista, e che mi disse, che voi, e vostro fratello eravate del sangue vostro, e quelli honorati Gentil'huomini, che siete, ne prest grandissima consolazione; & al predetto Padre diedi tutto l'ajuto, che egli medesimo mi domandò, sì perche mi pareva ch'avesse buona ragione, come ancora d'contemplatione vostra, i quali omai in tutta le occasioni vostre, vi havete da valere di me, con molta confidenza d'esser compiaciati in tutto quello, dove si estenderanno le forze mie. Quanto poi al vostro venire in Roma, ogni volta, che verrete, sarete il ben venuto, che vi vedrò volentieri, e mi farò carissima. Ma delli muli (duos enim mulos ipsi donavit) non accade che usiate meco questi termini, perche senza questo, come hò detto, vi potete sempre promettere della buona volontà, ed opra mia in ogni vostro comodo, & honore. Attendete à conservarvi, & à voi, e vostro Fratello con tutto il cuore mi raccomando. Che N.S. Iddio vi conservi. Di Roma li 27.d' Ottobre 1552.*

Vostro buon Parente.

Il Cardinal Crispo.

Item ab eodem Joanne Mattheo, Aurelius, qui equorum gregem efformavit, ut in libello quodam Venetiis impresso anno 1569. cujus titulus, *Libro de' merchi de' Cavalli, con li nomi di tutti li Principi, e privati Signori, che hanno razza di cavalli.* Ibidem habetur. *Merchio della Razza del Sig. Aurelio Crispo, sono belli, e buoni cavalli, la Razza è in Calabria.* Hinc Imperator Massimilianus II. equorum numero indigens, Marcum Rubino in Calabriam misit, Aurelioque ipsum commendans sequenti epistola, Aurelium pariter nobilem vocans.

D O C U M E N T O

Al Noble amado nuestro Aurelio Cispo.

I N T U S.

Maximiliano por la Divina Clemencia el Imperador de Romanos, Rey de Ungaria y de Boemia &c.

Nobile amado nostro, à Maestro Marco Rabin nostro herradero, que la presente lleva embiamos agora allà para que nos traiga una quantidad de yeguas de esse Reyno, à cuya causa hemos acordados de scriuirvos estos rinquones, à fin que si à caso en este particular se le offresciere haverse de prevenir de vuestra ayuda, le querais prestar toda la que baviere menester y en vos fuero, como de vos confiamos, en lo qual nos hareis muy agradable servicio, y serremos memoria para gratificar solo siempre que oya ocasion segun que mas largamente os lo dirà el dicho Maestro Marco, à quien nos remittimos en todo lo que sobre esto podriamos à que os acordar. De Praga à VII. de Junio M.D.LXXI.

Maximiliano.

Aurelius Imperatoris jussa fideliter adimplevit, necnon & grato animo duas addidit equas ex suo grege. De quo Imperator, Aurelio deinde gratias egit. Hic tandem apud Stylum uxorem duxit, ex qua suscepit, inter alios ibidem extinctos, Ferdinandum, qui sub Alfonsi Carafa Noceræ Ducis, Surianique Comitatus patrocinito apud Pizonem uxorem habuit ditissimam, genuitque Octavium, cujusdam nobilis mulieris Patritiæ nostræ, de familia Barone, virum; & Joannem Baptistam, qui ex prima uxore de nobili familia Saldanieri Serratæ incola, suscepit Abbatem Carolum Demanii Civitatis Styli strenuum defenforem; ex secunda verò de familia Capialbi, nostra cive, plures filios procreavit, ejus Nepotes nunc Pizonem incolant.

Pandolphus, supra recensitus, ex Matthia Barone tulit Franciscum; Joannem Vincentium Presbyterum, & Dominicum.

Ex Francisco nascuntur Joannes Baptista, anno 1609. Urbis Præfectus, & Abbas Felix.

Joan.

Joannes Baptista cum Elea Ruffa genuit Leonardum, & Gasparum. Hic & Isabella Barone tulerunt Joannem Baptistam, (qui cum Felice Chryso habuit Magdalenam) Antonium, & Benedictum.

Cum Emiliana Suriano verb. procreavit Franciscum Juris consultissimum, in materia feudali unicum, ac anno 1649. nostræ Urbis Consul.

Qui ex Isabella de Falco habuit Joseph, Antonium, Matthiam Joseph Lombardi Patritii Civitatis Briatici, & vidui Anastasiæ Bisogni, uxorem, & Fœlicem in Monasterio S. Crucis nostræ Urbis monialem.

Joseph, & Tolla Cavallo genuerunt Lucretiam, Cæsaris Lombardi, Fœlicem Ioannis Baptistæ Chryso, & Portiam Nicolai Lombardi uxores.

Antonius verò ex Catharina Capialbo suscepit Franciscum, Fœlicis Saldaniæ; Horatium Annæ Badolati, & Cæsarem Isabella Coppola, Civitatis Nicotere, viros; Magdalenam Ferdinandi Tocco Civitatis Tropæ, & Rosam Francisci Antomii de Lardo, Urbis Nicoteræ, conjuges.

I N S I G N I A

Tres conchiliæ in campo aureo, & quatuor repagula aurea in campo argenteo; unum clypeum dividens, tria verò ab illo inferius descendentes, ut vides in figura.

F A L C O.

O Riginem duxisse à Capua Civitate satis ex *Annoto in hist. Carbarii* constat, qui *lib. 4. in fin.* hoc ex professo inquit. Ad ipsam Cathacensem Civitatem paucis ab hinc annis translata, ibi

nobiliter vivit. In Urbis Praefectos creantur Joannes Vincen-
 tius anno. 1569. Fabius 1582. 1586. & 1589. & Joannes 1604.
 Qui primus Montemleonem habitavit fuit praefectus Joannes Vin-
 centius, & in uxorem duxit nobilem quandam, & Patritiam de
 familia *Monteverde*. Qui vero Cathacium item Joannes Vincen-
 tius vocabatur, ibidem se transfudit, in uxorem ducendo Elisa-
 beth Marincola, Ducis Patrizi filiam, ut tradit idem *Antonius*
Amato in hist. cit.

INSIGNIA.

*In campo aureo repagulum unum, supra
 quod accipiter, apertas habens alas, su-
 per repagulum fascia rubri coloris,
 tribus sarissis, vulgo Picche, albis
 onata, à dextris ad sinistram de-
 scendens; item duæ rose ru-
 beæ in fasciæ lateribus
 existentes.*

F A Z A R I.

CLaro sanguine orti sunt Fazari . . . multos annos do-
 minati sunt. Abbas, qui floruit à Christi natalibus an. 1494.
 laudabilis est mentio in Diplomatis Regiis, quibus Serenissimi
 Reges Neapolitani nostram Urbem, ob egregia Civium nostro-
 rum facinora, remunerati sunt, *vid. cap. 5. §. 2. num. 7.* Iisdem Re-
 gibus valde cari fuerunt Fazari, & non paucis honoribus, ac di-
 stinctionibus ubique cincti conspiciuntur. Ex hac gente Episcopi
 viri docti, ac Equites Hierosolimitani emerere. Apud Tropeam
 Civitatem translati, nobilitatis, atque antiquitatis splendore ibi-
 dem,

dem, & undique refulgens. Hic recensendus est Gotifredus Fa-
zarius (quem Miletensem reperit Pallavicinus in sua Synodo, sed
mendose, nam Monteleonensem scribere debebat) qui à Ioan-
ne XXII. in Episcopum Miletensem electus, omnes fateri coge-
bat, illustres animos plurimum Divino cultui conferre posse; glo-
riæ splendore coruscavit, quem vitæ integritas, sapientiæ excel-
lentiâ, & morum probitas, qui laudum præconia ad sidera fera-
tur, dignum sane efficiebant. Moritur anno 1339.

INSIGNIA.

*In campo cæruleo tres pali aurei, & de-
super rosa aurea.*

F O N T E.

F Amilia, ut opinor, omnium Italarum extensivè antiquissima.
Clarissimos viros habuit, & omnium honorum genere orna-
tissimos. Hæc originem ducit ab illa, quæ nunc apud Castrum
veterem viget. Litteræque multæ, ultra famam, hoc testantur,
quarum sequens non est prætermittenda.

A T E R G O.

*Al Sig. Antonio Fonte mio Signor Fratello, e Padrone
osservandissimo.*

Monteleone.

I N T U S V E R O.

Signor mio Fratello, e Padrone Osservandissimo.

S Pero, che V. S. con la sua solita bontà compatirà le mie, per al-
tro involontarie mancanze; se non hò nello passata settimana
rispo-

risposto alla carissima sua del 17. corrente, atteso mi trovai con alcune applicationi, e pure il corriere divertì l'ordine solito del suo viaggio; sono nondimeno oggi per mezzo di questa à compiere alle mie obligationi. Ed in risposta della sua sono à dirli, come la concessione del nostro feudo è molto antica, ed è scritta in lingua greca, se si interpreta à leggere, è vero bensì, che fu una volta tradotta in lingua italiana, però non la tengo, essendosi dispersa anni sono, però poco importa, atteso non si baveria da inserire nell'istoria, che dovrà andare alle stampe, tale investitura; mà basterà solo accennarsi, esser stato il feudo concesso in Castelvetero da Malgerio d'Altavilla à Riccardo Fonte nell'anno 5720. dalla creazione del Mondo, à tempo l'Impero era in Costantinopoli, e fu sempre posseduto dalla medesima famiglia, come, per gratia di Dio, si possiede oggi. In quanto alla venuta in Monteleone di Gio: Vittorio Fonte, lui venne Governatore della Città, (Fuit Vicedux die 3. Martii 1596.) e tutto lo stato, non sò in qual anno: E vero però, che mi pare fosse passato all'altra vita nell'anno 1599. (Obiit die 17. Julii 1596.) che sono sin'oggi cento, e cinque anni. Il suo corpo è sepolto nella Chiesa di S. Maria di Giesù de' PP. Zoccolanti, in una Cappella da lui fondata, se non erro. Lui fu casato, però non debbe figli, mi pare havebbe havuto una sola figliola femina, quale morse in età minore, prima di esso Sig. Gio: Vittorio. A cui successe erede il Dottor Gio: Vincenza Fonte suo Nepote, mio Ava, figlio del suo fratello secondogenito, quale era anco pupillo lasciato da Ilario Fonte, fratello di detto Gio: Vittorio Dottore, e persona di tutta stima. Del resto noi ci conosciamo, e confessiamo i più minimi di tutti. E ciò, che vi fosse di buono, è gratia di Dio.

Havrei molto à caro sentire, come la famiglia di V. S. si trova in Monteleone, e se con questa vi fossa parentela, & in che grado, atteso un tale Vincenzo Fonte, da cento e cinquanta anni addietro si partì da Castelvetero, ed andò à fondar casa altrove. E forse da questo stipite, ch'è il medesimo, dipende la casa di V. S. Circa Parme, non mi diffondo in descriverle, rimettendomi all'impressione del sugello, che in questa si riconoscerà, che è il fine, con che à V. S. rassegnando la mia devotione, baciò le mani. Castelvetero à 28. Luglio 1704.

D. V. S.

Affettuosiss. servit. e fratello obligatiss.

D. Gio: Vincenza Fonte.

Ric.

Riccardus igitur Fonte in anno à creatione mundi quinquies millesimo septingentesimo vigesimo, à Christi natalibus verbò duocentum viginti, nam Græci à creatione mundi ad Christum quinquies mille, & quingentum numerant annos, a Malgerio de Altavilla, qui Castrum veterem, multaque Catabriæ Urbes gubernabat, vel in illis dominabatur, diplomate græcicæ lingua constructo, feudum obtinuit, & usque nunc eadem familia apud Castrum veterem illud possidet. Hinc ferè quindecim nobilitatis sæcula in hac præclara familia numeratos invenio, quod certè nescio, an de aliquâ alia, per totum Orbem existente, hæc prærogativa decantari possit. Primus hujus familiæ, qui Monteleonem incoluit fuit Vincentius, qui anno Domini 1520. circiter suam Patriam relinquens, huc ad habitandum venit, suamque domum stabilivit. Ex quo Nicolaus Joannes, vide *cap. 5. §. 15. in fin.* ubi testis subscribitur. Qui genuit Mottulum. Hic & Innocentia de Nucito susceperunt Augustinum celeberrimum, V. I. D. & nostræ Urbis Præfectum, anno 1635. Josephum, Camillum, Annam, Catharinam, & Genoylam in Monasterio Civitatis Briatiæ moniales. *vid. cap. ult.* Augustinus ex Antonina de Francisco, Orlandi nobilis Genuensis nepote, suscepit Carolum, Petrum, Joannem Baptistam, & Claram Mutii Casaro uxorem. Carolus, & Isabella de Riso, ex nobilibus Civitatis Cathacii, Equitibus Hierosolimitanis ornatis (qui tamen è Civitate Briatiæ Cathacium se traduxerunt) in lucem edunt Antonium, Fratrem Dominicum Lectorem Ordinis Prædicatorum, & P. Joseph Societatis Iesu. Antonius, & Cornelia Nicaastro tulit Franciscum, Dominicum, Magdalenam, Annam.



I N S I G N I A.

*In campo viridi fons scaturiens aquam, duo
leones, & columba bibentes. Campus
fontis aer: supra quem repagulum au-
reum, & tres stellæ supra illud
in campo cæruleo.*

F R A N Z A.

Familia clarissima multis illustribus: Viris domi, militæque
decorata, hominibus piis, Doctoribus, Ducibus, Tribuna-
tibus militum, Consulari potestate ita sæpe, ut paucæ eam nu-
mero vincant. Dividitur in has quinque præcipuas stirpes, quæ
cognominibus non distinguuntur, videlicet eorum, quæ etiam Pa-
tricii sunt in Civitatibus Consentis, Cathacii, Tropæi, & Squi-
laciæ, quæ omnes ex hac Monteleanensi originem trahere non
dubitatur, quod & tradidit *Abbas Pacichelli* in suo opere *Re-
gno di Napoli in prospettiva*.

Hinc rejicimus omnino *Magistri Hieronymi Sambiasi Or-
dinis Prædicatorum* sententiam, qui hanc Familiam Rossanien-
sem scribit. *Martiranus* ab eodem relatus, sic inquit. *Franci, seu
Francini, ut aliqui opinantur, ex Francorum Provincia, quæ
Gallia erat, in Italiam cum Gallorum exercitu profecti ad nos ve-
nerunt, atque hinc confederunt, multa prius divitiarum copia af-
fluebant. Quod non longè abest à ratione, nam præter alia argu-
menta, quæ non levem hujus rei fidem faciunt, ipsi de Francia,
seu de Franza dicuntur, non Franza. Licet non ad Consentiam,
sed Monteleonem, ubi antiquissimæ reperiuntur memoriæ hu-
jus Familiæ, prius venisse omnino dicendum.*

*Ianninus de Francia, Baro Provinciæ Ydrunti à Ladislaò
Rege sub datum Romæ 16. Junii 1413. appellatur Nobilis, Ca-
pora.*

poralis, Armigerus, Familiaris, & Fidelis. Deinde à Regina Joanna II. Neapoli 13. Februarii 1420. Vir nobilis, familiaris, & fidelis. Et ab ejus Ministris, *egregius Vir Fanninus de Francia, Baro Provinciæ Tdruntii*. Tandem ab Alfonso I. Tagheti 27. Junii 1422. Nobilis, & strenuus armorum Vir, benemeritus, fidelis, & constans devotione, & fide.

Horatius à Philippo II. inscribitur; Domesticus, Familiaris, & Comenialis, Madrid 12. Novembris 1572.

In Archivio Regio Neapolis 1468. honorata est mentio Pauli de Francia, his verbis: *Nobilis, & egregius Vir Paulus de Francia Falconerius Regius, maritus nobilis Polissenæ Gerunda de Consentia, relictor quondam Loiffi de Lougobusco de eadem Civitate.*

Et anno 1497. Nardelli de Francia, his. *Nardelo de Francia fidel buomo de arme del Rè.*

Et nostris diebus Dominicus signifer equestris, Dux peditum, deinde equieum; postea Toracis, tandem Tribunus militum: Item Antonius, major Stator, Tribunus militum, & Generalis pugnae, de quibus iterum *cap. seq. vers. fin.* Pariter Franciscus Antonius Signifer peditum; & Bernardus, Monteleone adhuc vivens, Dux peditum. Omnes fratres germani Mediolani sub Carolo II. sanctæ memoriæ, militantes.

De Sindicis anno 1541. antiquioribus nullam possumus cognitionem habere, nisi de illis, qui pro nostrorum Privilegiorum observantia, à Capitaneis, sedè Gubernatoribus, nostram regentibus Urbem, jusjurandum, eadem privilegia præsentando, pro illo tempore, susceperunt, ut sunt Monacius Attasius, & Franciscus Pizzimenti; Tandem in paucis illis memoriis, quæ ad nos venerunt, hujus familiæ crebra est mentio. Anno igitur 1541. & 1554. Urbis præfecturam obtinuit Joannes Baptista de Francia: Paulus 1550. Prosper 1571. Thomas 1596. Alius Joannes Baptista 1572. Petrus Antonius 1580. & 1589. Franciscus 1707. & 1624. Hi tres ultimi fratres fuerunt germani, & fundatores Montis Pietatis, vide supra *cap. 4. §. 18.* Franciscus deinde Tropeam præoptavit, ibidem inter Nobiles numeratus, domum suam stabilivit. Item anno 1619. fuit Syndicus, sive Senator Joannes V.I.D. Paulus 1654. Alius Joannes Baptista 1678. Et tandem Horatius, nunc Presbyter, 1666. 1675. & 1692. Hujus filius Dominicus, hodie 1709. nostræ Urbis Rationalis, ac hæres unicus

eorum suae familiae, qui Monteleonem habitant, in uxorem duxit Annam Mariam Soriani Patriciam.

INSIGNIA.

Repagulum aureum à dextera Campi ad sinistram descendens, supra repagulum leo item aureus, & quasi deambulans. Campus infra rubrus, supra caeruleus.

GAGLIARDI.

Unde se trasterunt Gagliardi minime inveni, alibi enim habitant, ut statim dicemus, satis tamen constat præcipuos fuisse, ac per multos annos in hac Civitate permanisse. Et in privilegio. 2. num. 7. hic cap. 5. anno 1494. expedito, mentio est de Joanne Gagliardo satis honorifica, ac inter Proceres Monteleonenses annumeratur. Urbis Praefecturam habuerunt Gaidus anno 1547. Hic Universitatis jura contra Excellentissimi Ducis Montisleonis Procuratorem acerrimè defendit, decretumque in Civium favorem eodem anno obtinuit, vid. hic cap. 5. §. 15. ; cujus sententiae copiam deinde anno 1549. Pandolphus Chryspus exemplare fecit. Item Petrus anno 1564. senaturam obtinuit. Joannes Dominicus 1594. & Octavius 1620. Inter Patricios Tropieenses deinde annumerantur; ibique tamen nunc haud habitant, sed apud Squillacensem Civitatem, nobili familia Gironda sanguine conjuncti, è qua Vrbe ad Tropæam Civitatem, tempore electionis, ad eligendum Nobilium Syndicum quotannis accedunt.

INSIGNIA.

In campo cæruleo fascia rubri coloris campum dividens, & tria conchyliis argenteis, duo supra, & unum infra fasciam. Ut in Cappella, quæ est in sacristia Conventualium Sancti Francisci.

GATTI, SEU GATTESCHI.

F Amilia Patricia, & Civitatis Viterbii domina fuit. Antiquiores cognomento Gatteschi dicti, deinde vocabulo corrupto Gatti, sive de Gatti, vel de Gattis. Multis ex ea Consulibus, qui Principes Viterbii fuere, ut *M. Franciscus Sansovinus*, de Nobilibus Italiae Civitatibus tradit pag. 113. de Viterbia loquens. Primus Viterbii Princeps, tempore Cardinalis *Ægidii Albernotii Hispani* post *Francisci* (hic erat etiam Romæ Præfectus, & à Patriarca Vitellesco, Pontificis Duce necatus est) mortem acclamatus, vocabatur *Ioannes*. Ejus filius *Princivalle*, Princeps suffectus; & regnante *Nicolao V. Sum. Pont.* ad Viterbium rediens, à *Maganzensibus*, *Gatteschorum* hostibus, interfectus est. Huic *Gulielmus* successit, qui, in domo sua necatus, vitam finivit. Postea *Ioannes Gatti II.* qui sub *Alexandri VI. Pontificis* temporibus occisus est. Quapropter *Columnenses*, comparato sibi exercitu, Viterbium veniunt, & *Maganzenses* morti tradunt, expelluntque, non sine maximo ipsius Civitatis detrimento. Tandem *Maganzenses*, una cum *Vrsinis* redientes, *Gatteschos* rejiciunt per duas vices, & ferro, & flamma Viterbium tradiderunt ruinæ.

Rebus sic stantibus, quidam ex hac familia *Gattessa*, *Nicolaus*

laus, nomine, Calabriae se contulit anno Domini 1460. circiter, Marturanum incoluit, ibique, tumores fugiendo, suam domum, usque nunc perseverantem, fundavit, ut sequentes testantur litteræ.

Nos infrascripti magnifici Sindici, Electi, & Sacerdotes Civitatis Marturani, Provinciae Calabriae Circa, votum facimus, atque testamur omnibus, & quibuscunque harum seriem inspecturis, qualiter magnificus Ascanius de Gattis, alias de Viterbio, est civis oriundus affatae Civitatis, natus ex legitimo matrimonio, inito inter quondam magnificam Evangelistam de Gattis, alias de Viterbio, & magnificam Federinam de . . . de Civitate Montisleonis; utroque parente nobili, qui magnificus Ascanius à suis cavabulis, studiis artium liberalium vacavit, & demum legibus operam vacando in almo Parthenopen studio Doctoratus rediit insignibus ad dictam Marturanensem Civitatem profectus, publicè dicti Doctoratus privilegio patefacto, ac perlecto in Majori Ecclesia pralibitæ Civitatis in Urbeque Juris Casarei & Pontifici Doctorem honorificè receptus fuit, ac à sua inenante ætate nobiliter vixit, & hactenus vivit, suamque originem duxit à dicta Civitate Viterbii de familia Gattisco. Nam ut auditum fuit ab antiquis, & apud nos est memoria, primus habitator de dicta familia Gattisco, qui Marturanum incoluit fuit magnificus quondam Nicolaus de Gattis, alias de Viterbio. Secundus, à dicto quondam magnifico Nicolao originem trahens, fuit quondam magnificus Aloysius de Gattis, alias de Viterbio. Tertius quondam magnificus Evangelista de Gattis, alias de Viterbio, filius dicti magnifici Aloysii, & ipse magnificus Ascanius filius dicti magnifici Evangeliste. Qui omnes, ut publicè fertur in dicta Civitate, traxerunt originem à dicta familia de Gattis, de dicta Civitate Viterbii; predictique omnes nobiliter vixerunt, & ad præsens vivit ipse magnificus Ascanius in dicta Marturanense Civitate de suis facultatibus, quas habet in dicta Civitate Marturanense, & in dicta Civitate Montisleonis, ascendentibus ad annum redditum, decatorum quincenorum. In quorum pralibitorum veritatis fidem, & testimonium, has fieri fecimus manu publici Notarii Ascanii Bonatii, nostris manibus subscriptas, dictæque Civitatis solito sigillo munitas. Datum Marturani die 1. mensis Septembris VI. Ind. 1577.

Joannes Ludovicus Locumtenens. Notarius Franciscus Sacerdos
 no Syndicus affirmo ut supra.

- Ego Franciscus Passer Electus affirmo ut supra.
 Io Fabricio Scaglione affirmo ut supra.
 Io D. Luise Antonio Scaglione affirmo ut supra.
 Ego Subdiaconus Jo: Baptista Scaglione affirmo ut supra.
 Io Luise Scaglione affirmo ut supra.
 Ego Dominicus Antonius de Medicis dico ut supra.
 Ego J.annes Leonardus à Fraire Iacobo A. M. D. Civitatis
 Marturani affirmo ut supra manu propria.
 Ego Siri Andreas Fluscineus Thesaurarius affirmo ut supra
 manu propria.
 Ego Oliverius Fluscineus affirmo ut supra manu propria.
 Io Marcello Monaco affirmo ut supra manu propria.
 Ego Nicolaus Franciscus Constantius interfui pro teste, & af-
 firmo ut supra manu propria.
 Io Gio: Pietro de Saxo de Martorano declaro, & affirmo ut su-
 pra manu propria.
 Io Gio: Iacovo Vincenzo dico ut supra manu propria.
 Ego Petrus Paulus Russus V. l. D. affirmo ut supra manu pro-
 pria.
 Io Gio: Andrea Bonatio affirmo ut supra manu propria.

Locus † Sigilli.

Fateor ego Notarius Agatius Ferimandus Civitatis Mar-
 turani, qualiter supradictus quondam Notarius Ascanius Bona-
 tius predicta Civitatis, qui supradictam fidem scripsit, erat Nota-
 rius publicus, & ad eum tanquam Notarium publicum habeba-
 tur recursus, & suis scriptis adhibita fuit plena, & indubitata fi-
 des quousque vixit. Et in veritatis fidem ego praesatus Notarius
 praesentem scripsi, & me subscripsi manu propria, meoque solito si-
 gno signavi. Datum Marturani die 10. mensis Septembris XV. In-
 dictionis 1586.

Et Ego supradictus Notarius Agatius praesentem scripsi, &
 me propria manu subscripsi rogatus, &c.

Locus † Signi.

Deinde Ascanius, Pronepotis Nicolai Viterbiensis, per li-
 neam directam Nepos, Montemleonem praepotavit, & omnium
 sub.

suffragiis in Patritiorum numerum cooptatus est. Cujus descendentiâ à supradicta familia fuisse, ultra publicam famam, sequens fides demonstrat.

Nos infrascripti Dominicus de Gatti V.I.D. Protonotarius Apostolicus, Decanus Canoniorum Civitatis Marturani, easque Diœcesis Vicarius Capitularis, & Generalis, ac olim Eminentissimi Domini Cardinalis de Alteriis Vicarius in Bajulatu S. Euphemie, nullius Diœcesis, Io: Baptista, Didacus, Franciscus, & V.I.D. Franciscus Antonius de Gatti prædictæ Civitatis Marturani, alias Civitatis Viterbii, fidem facimus, atque testamur omnibus, & quibuscunq; harum seriem inspecturis, qualiter Ascanius de Gatti Civitatis Montisleonis, cujus Pater, qui natus est in dicta Marturanensi Civitate, aggregatus fuit cum omnibus suis descendentibus ex ejus corpore, & legitimo matrimonio in numero Nobilium dictæ Civitatis Montisleonis; Adamans de Gatti, vidua quondam V.I.D. Vespasiani Pisani, Nobilis Montisleonis; Franciscus de Gatti, uxor V.I.D. Cesaris Bisogni, etiam Nobilis prædictæ Civitatis Montisleonis, & Lucretia de Gatti Monialis, Jovores dicti Ascanii de Gatti. Qui etiam ex legitimo matrimonio inito cum Thomasina Zumbino, alias Cesare, habet duos filios, scilicet Michaellem, & Iacobum Antonium, & duas filias, scilicet Catharinam, & Adamantem. Descendunt, & habuerunt originem ex nostra familia de Gatti, semper ex legitimo matrimonio, id est à nostro Proavo Ascanio, usque ad ipsos, & ipsas jam dictos, & dictas, qui quæque omnes ad præsens vivunt, & tantum illos, illasque declaramus, & acceptamus in nostros consanguineos, & conjunctos, tanquam ex eodem nostro antiquo stipite, legitime, & naturaliter descendentes. In cujus fidem, ad evitanda, quæ contra hanc veritatem evenire possent, & ad perpetuam memoriam, hanc nostris propriis manibus subscripsimus, & nostra familiæ sigillo munivimus. Datum Marturani die 20. mensis Januarii 1700.

Ego D. Dominicus Gatti Decanus testor ut supra.

Ego Ioannes Baptista de Gatti testor ut supra.

Ego Didacus de Gatti testor ut supra.

Ego Franciscus de Gatti testor ut supra.

Ego V.I.D. Franciscus Antonius de Gatti testor ut supra.

Locus + Signi.

Fi.

Fidem factio ego subscriptus Notarius Felix Gimiglianus Terra Motta S. Lucia supra scriptam fidem fuisse in mei presentia scriptam, & subscriptam propriis manibus supra scriptorum Dominorum D. Dominici de Gattis, Joannis Baptista de Gattis, Didaci de Gattis, Francisci de Gattis, & V. J. D. Francisci Antonii de Gattis, fratrum utriusque conjunctorum, & Nepotis respectivè, Civitatis Marturani. Et in fidem signavi rogatus, Marturani die quo supra &c.

Ita est, ut supra, Notarius Felix Gimiglianus Terra Motta S. Lucia manu signavi propria rogatus &c.

Locust Signa

Hic Ascanius, in cujus gratiam Gatteschi, qui Marturanum incolunt, fidem hanc scripserunt, est supradicti Ascanii, Nepotis Pronepotis Nicolai, filius posthumus, ut in arbore fufius videbis, & bis nostræ Urbis præfecturam obtinuit, anno scilicet 1689, & 1693.

A R B O R.

Nicolaus Gatti, alias Gatteschi, Civitatis Viterbii Princeps ultimus, Marturanum præoptavit, ut diximus, Serenissimi Ferdinandi Regis Neapolis tempore. Ex hoc Aloysius, hic Evangelistam habuit.

Evangelista, & Federina de Monteleone susceperunt Ascanium V. I. D. Petrum Antonium, Franciscum, Grandonium, & Laurentium.

Ex Ascano, & Lucretia Flaminia, filia V. I. D. Petri Jacobi, qui Carolo V. Rom. Imp. decollaturam, Marturani districtum, pertransente, ad eandem Majestatem certus nuncius meritò missus fuit, & cum ita se gessisset, ut ab eodem, Imperatore jubente, ad ejus præsentiam Doctoratus gradum recipere meruisset, condignis laudibus, honoribus, prærogativis, privilegiis, & insignibus magnopere decoratus, & honoratus est, ut satis manifestè patet in suo, quod accepit, privilegio. Ex ipsis igitur nati sunt Pyrrus Antonius, & Flaminus, à quo illi de Marturano descendunt. Et V. I. Consultissimus, ac in prima Neapolis cathedra sapientissimus per plures annos lector, & deindè Venerabilis servus Dei Pater Evangelista Societatis Jesu, regularis observantiæ ubi.

ubique propugnaculum. Patientiæ inter longas, & horribiles infirmitates miraculum. Prophetico spiritu clarus, miraculis clarior. Egrotos oratione sanat. Demum, multis ante, & post mortem signis illustris, Neapoli in Professorum Collegio mortalem cum immortali vita commutat, anno 1642. 14. Decembris, ætatis suæ 74. Religionis verò 40. Dominica tertia Adventus. Vivis vitam scripsit *P. Antonius Barone.*

Pyrrus Antonius cum Adamante de Philippis, muliere nobili, tulit Ascanium Broniaturi Baronem; D. Marianum V. J. D., ac Marturani Vicarium Generalem; & Franciscam S. Crucis nostræ Urbis monialem, & semel, atque iterum Abbatissam.

Ex Ascanio, & Laura Giovane, ex Patritiis, oriuntur Ascanius posthumus; Adamus V. I. D. Vespasiani Pisanus uxor; Francisca coniux V. I. D. Cæsaris Bisogni, & Lucretia Iesuita.

Ascanius, & Tomasina Zombino genuerunt Michaelem, & Iacobum Antonium, & Adamantem Pauli Satriani Civitatis Briatici Patritii uxorem.

INSIGNIA.

Tria repagula aurea in campo cæruleo, à dextris ad sinistram descendentia; supra quæ in campo aureo felis deambulans, supra tandem felim rastellum rubrum. Campus est divisus.

GIFFONE.

Hujus familiae meminit Capialbus in Historia Montisleonis cum Bisogno, *Capitoli del nuovo Governo*. Extant etiam, & in Vrbe nostra antiqua Giffonensium *Ædes* juxta illam D. Horatii de Francia cum insigniis supra quandam interiorem Palatii Januam, & marmorea Cappella S. Stephani Prothomartiris intra S. Francisci Templum, & licet Inscriptio sit immutata, memoria tamen non recessit ab aula. Anno 1561. fuit nostræ Civitatis Syndicus Angelus Giffone, & anno 1566. Vitalianus Giffone. Anno denique segregationis Nobilitatis 1594. describitur hæc familia inter nobiles, sic. *Giffone del qu: Fabritio*.

INSIGNIA.

*Est calculus, Schiaccchiero, albus
& niger, fascia rubra
divisus.*

GIOVANE.

Genus in Civitate Cavenfi antiquissimum. Postea per tot sæcula propagatum, altissimis connubiis, & præstantissimorum Equitum serie coruscavit. Bartholomæus Juvenis sub Carolo I. 1275. Montorii, & Bellantis Terras possidebat: Sicut & Icaus Picernum, & Colubranum, *fascic. 70. fol. 171. à terg.* Et anno 1332. *fol. 65.* in Registro Ruberti Regis. Joannes ejusdem Regis Cubicularius. Joannes Franciscus fuit Dominus Ottati, S. Angeli, & Fossanellæ. In quibus sub Philippo III. de Austria Joannes Antonius, Ducis titulo dominabatur.

V u

Iaco-

Jacobus Dux strenuus: Item ejusdem filii, Octavius Equitum Dux, & Bartholomæus Major Stator: Nec non, & Ioannes Thomas, & Nicolaus Ioannes, Jacobi nepotes, duabus turmis militum, sub Ferdinando de Austria omnes militantes, ut idem invictissimus Rex in quodam Privilegio 1628. testatur, ubi nobiles, ac sanguine illustres illos recitat.

Et tandem D. Joannes Vincentius Doctor, Canonicus Major Penitentiariorum, ac Cimiliarca Cathedralis Ecclesiæ Neapolitanæ, qui anno 1636. revidit opus mei Proavi Caesaris Bisogni, tunc viventis, de quo *cap. seq.* Hæc præstè admodum, & stylo quasi pendente tetigi tantum; in Iliadem enim hæc excreveret enarratio, si per antiquam hujus gentis originem, & quantis polleat ornamentis percurrere recenteremus. Suas itaque silentio laudes veneramus, quia esset etiam difficile multum, & si nimis dixerim, nil me dixisse, conabor.

Primus igitur Juvenensium, qui ex illa Montemleonem anno circiter 1505. habitavit, fuit Antonettus. Ex quo Quintius, qui genuit Fabritium V. I. D. Hic tempore segregationis, Patritiatum, Urbis verò Senaturam anno 1614. obtinuit: Deindè Victoriam Pisani Patritiam in uxorem duxit, & suscepit Vespasianum V. I. D. & Abbatem, Franciscum etiam Doctorem celeberrimum; Joseph Regni Aragoniæ Secretarium ad bellum, Antonium Doctorem, Carolum, Lucretiam in Monasterio S. Crucis monialem, & Lauram Ascanii Gatti Patricii uxorem.

Joseph à Philippo IV. de Austria propter servitia præstita in seditionibus populari Civitatis Neapoli, cum ejus germano Carolo, & quatuor famulis proprijs sumptibus singulare diploma obtinuit, quod nemini huic simile usque nunc alicui in Regno nostro concessum audivimus. Officium scilicet Secretarii in Audiencijs Provinciarum Principatus Citra, & Basilicatæ in perpetuum, & burgenlaticum usum, in sui favorem, seu personæ ipsius nominanda, suorumque hæredum, & successorum ampliatum. Privilegium sic incipit: *Cum fidelis nobis dilectus Josephus. Et paulo infra. Considerantes suam in nos fidem, & observantiam, ac obsequia, quæ, Patri sui vestigia sectanda, nobis præstitit in occasibus, & seditionibus popularibus nostri Citerioris Siciliæ Regni, in quibus fidei suæ evidentia specimina præbuit &c. Datum in Oppido Madridi 12. Septembris 1651.*

An.

Antoninus Secretarius II. Ex Thercha de la Pluma, & Glia Joannis Capitanei Equitum, & Clara de Baos, Civitatis Lillie nobilitum, habuit Xaverium Secretarium III. Claram, & Iosepham.

I N S I G N I A.

*In campo caeruleo arbor Jujumis,
& duo leones in altum elevati,
prædictam arborem
manibus tenentes.*

M A Z Z A.

MAzzæ familia; quanquam ab Aragonia suam protrahat claram originem, se ab Belia Castello, quod multos dominata per annos, hic Monteleone contulit, sequens propriis sumptibus adversus Angioinorum arma Ferdinandi Secundi Regis Aragoniæ vexillum, posthabitis feudo, ac bonis omnibus, qua de re Gulielmus ejusdem Regis Armiger creatus est, & feudos *la Ippa Angitula*, cum gladii potestate, & Castianetum, ut jam satis eo ejusdem Ferdinandi diplomate constat, obtinuit, qui in uxorem accepit Lucretiam Castellam, nobilem Aragoniensem, & Marcus Antonius, ejus pronepos, Virdellam de-Duce, nobilem Neapolitanam Nidi, Franciscus Franciscam Cirico, nobilem Messanensem, ex Equitibus Stella, qui fuit integratus illius Urbis senatoria dignitate, qua ejus gentes fuerunt ascripti, ut autumat *Filadelphus Magnus*, & Scipio, qui in humanis est, possidendo dictum feudum Castianeti, Ioannam Cirico, ejusdem familiae. Et quia longum est recensere omnes, quos de hac familia florere armis, litteris, & sanctitate, ut fuit Pompeus Tribunus militum, & Marcus Antonius Dux, qui jussu Caroli V. Geoliosæ

oppidum æquatum solo reddidit; D. Antonius Monachus Carthusianensis, qui multos edidit. libros Theologales, & D. Ioannes Monachus ejusdem Religionis, vir integræ, ac sanctæ vitæ, qui nec miraculis, & prophetiæ munere caruit, ut autumat *Summorum*, ideo de aliis hujus familiæ silentium est; Et solum nostræ Urbis Syndicos, sive Senatores adduco. Marcus Antonius fuit Electus, sive Iuratus, vel Syndicus, anno 1545. Laurentius 1570. & 1585. Doctor Ferdinandus 1622. 1630. & 1636. Franciscus 1671. Ioannes 1650. & 1655. Marcus Antonius alter 1665. 1672. & 1677. Gulielmus, qui Ecclesiam S. Leonis lucæ auxit, anno 1680. Tandem Doctor Scipio suprapositus 1689.

INSIGNIA.

In campo cæruleo duæ clavæ ferratæ, transversæ.

M E L E.

Familia antiqua, & Nobilis ad Civitatem Neapolitanam, & Cathacensem translata est, utrobique jura nobilitatis fruitur. Ibi ad Sedile de Porto aggregationem obtinuit tempore Serenissimi Alfonsi Regis. Primus, qui Cathacium incoluit fuit Franciscus (frater Germanus Bernardi Mele, in nostra Vrbe Senatoris, seu Sindici anno 1559.) ibidem Syndicus, qui missus ad Iavistissimum Carolum V. Imperatorem, nomine suæ Civitatis, multa ab illius munificentia impetravit, ut habetur in historia Cathacii *lib. 2. pag. 157.* Antiqua est hæc familia, & generis nobilitate conspicua, multaque & à Regibus, & à Pontificibus consecuta est, quæ à Cathacium habitantibus conservantur; illam enim Urbem ante nostrorum Nobilium segregationem sibi ad habitandum elegit.

IN-

L N I S I G N I A.

*Leo infra aurcus , in campo albo ; supra
argenteus , in campo rubro , aurea
corona ornatus ; campus verd
caerulea fascia , tribus
astris ornata ,
divisus.*

M E S S I N A.

ORiginem ducunt hujus familiae gentes, ab Equitibus Messanenſibus, ut in quibusdam authenticis ſcripturis, quae à familia Attifani aſſervantur, videre licet. Primus, qui in noſtra Vrbe aggregationem obtinuit, fuit Docteur Ioannes Bernardinus. Hujus Pater Antonius huc ad habitandum venit, palatiumque aedificavit, vulgò, *Palazzo Pinto*. Ibidem haec leguntur. *Condidit Antonius Pater, ac Meſſina, Joannes Bernardinus gloria prima Deo. Anno 1620. Tandem poſteri Meſſanam redeunt, illud forſitan legentes. Iniquum eſt relinquere Patriam.*

I N S I G N I A.

*In campo caeruleo mare, ſupra quod leo in
altum elevatus, manibus, & pede
anchoram tenens.*

M O R E L L I.

Hanc gentem ex Licienti Civitate quondam fuisse, conijcere possumus ex Andrea, qui centum quinquaginta ab hinc annis prius ex ex gente Montemleonem venisse creditur. In anno postea 1612. Marcus Antonius, inter nobilium cætum aggregatus, juribus nostræ nobilitatis cœpit frui. Magister Michael Ordinis Heremitarum S. Augustini, orationibus, elegiasticisque carminibus optimum miscellaneorum opus erga amicos concinnavit. Liberalibus disciplinis quidam incumbuerunt, & mirificè profecerunt, & nominis claritatem adepti sunt. Inter eos eminent Franciscus Senior in medicina, & anathomia insignis, cujus meminit *Marias Iazolinus in sua lib. de Balneis Ævaria;* & Marcus Antonius suprædictus, qui semper suos superexcessit, cujus fama ad exterarum quoque nationes permeavit, non sine maxima, etiam Civitatis nostræ gloria. Hic fuit discipulus Latini Tancredi, ad quem *Atellus Grillas, Marcum laudando, sic scribit.*

Venit Salernum Marcus Antonius Morellus, juvenis quidem nobilis; ut tuo, ita meo, maximopere Collegarum iudicio, magno ingenio, majori eruditione, maximèque in rei medicinae exercitatione; est enim vir iste cum cæteris artibus, quæ quidem digna libero essent, ornatus omnibus, tum aeris investigator, & diligens earum rerum, quæ à natura involata videntur. Quamobrem ab omnibus approbatum, cunctisque insignitum Doctoratus ornamentis, ad te remittimus. De reliquo cura ut valeas, me, ut soles, ama. Salerni 4. Kalendas Sextilis 1599.

Ex Marco Antonio, & Joana de Francisco, ex nobilibus Genuensibus nascuntur Joannes, qui magna fuit apud Messinenses autoritate, ibique, ante rebellionem, per septem annos in optima cathedra Philosophiæ legi; Caspi V. I. D. & Abbas Zuhgriensis; Franciscus junior in medicina insignis; Clara in Monasterio S. Clare nostræ Civitatis monialis, & Catharina Didaci Francica uxor.

Francini ex Tarentina Civitate in Leontium Siciliæ Civitatem se traduxerunt, ex familia satis honesta, & nobili anno à Chri-

Christi natalibus 1417. Primus eorum fuit Nicolaus Francica (ab Aurelio Francica descendens) qui cum Francisco filio suo illuc se transtulit, relegatus à Serenissimo Rege Alfonso, ex eo quia cum quodam de familia protonobilissima apud Tarentum, prædictum criminaliter contendit. Ibiq̄e omnium suffragiis in Patritiorum numerum cooptati sunt. Et Franciscus Urbis Leontii Præfecturam anno 1431. obtinuit. Ex Francisco nascitur Antonius, qui obiit anno Domini 1488. Ex hoc Symeon. Qui cum Margarita Asbea, Philippi Baronis de Sabuclo filia, procreavit Franciscum alium. Ex quo, & Leonora Manuello, Leontii Patri-
tia, oriuntur Ioseph. Hic Catanæ Gubernatorem interfecit, deinde Regiam indignationem fugiens, S. Gregorium nostræ Civitatis Pagum, sub auspiciis Excellentissimi ejusdem Urbis Ducis, præoptavit, suum in Pomponii nomen, eodem Duce id suggerente mutavit, ac deinde in uxorem duxit Celidoniam Barbuto, Doctoris Ferdinandi filiam, ex qua tulit Camillum, Didacum, & Fulviam Ioannis Dominici Romano Militenfis uxorem. Camillus cum Maria Fiaschè, nobili muliere, genuit Franciscum, qui trium annorum obiit. Didacus in uxorem duxit supradictam Catharinam Morelli, ex qua suscepit Marcum Antonium Franciscæ Mariæ nobilis mulieris virum, & Franciscum, nunc viventem, qui cum Clara Moricca Tropiensi habet Antonium, & Ioannem Baptistam. Insignia hujus familiæ. Campus rubrus, fascia alba, lilium dividente, divisus, & quatuor pisule, vulgo *Palla*, duæ supra, & duæ infra fasciam.

Nunc ad institutum redire necesse est, in gratiam enim Franciscanæ familiæ calamum laxavimus. Ioannes igitur supra dictus ex Elisabeth Ferraro habuit Franciscum Antonium V.I.D. & anno 1705. Urbis Præfectum; D. Dominicum Abbatem Pizzonesem, & Sorores Franciscam, Ceciliam, Agnesam, & Con-
ceptam Tertiæ Ordinis Cappuccinorum.

Franciscus Antonius, & Matilda Vita plures filios, filiasque numerant.

INSIGNIA.

In campo caruleo equus niger, & nudus, in altum elevatus. Sed bodiè utuntur bis, videlicet in campo viridi leo elevatus, turrim manibus deferens.

MOTTULA.

HVjus familiæ Gentes multa, & vetustatis, & nobilitatis signa ostendunt. Et inter Viros illustres adducunt Joannem sub Caroli I. sceptrò, insignem, Robertum, & Joannem alterum sub Roberti Regis ditione, & militaris palestræ, & equestris Ducis. Joannem Antonium jurisprudentiæ oraculum. Tandem alium Joannem, Episcopali insula redimitum à Ioanne XXII. Sum. Pont. Peculiarique epistola collaudatum, tanquam sanctimonix, prudentiæ, doctriinæque prodigium: Hoc etiam & *Parvinus in quadam dedicatoria* profertur, qui Mottulos ex Vrbe Neapolitana ad nos invenisse insinuat. Et primus fuit Donatus Antonius Mottula. Ex quo Horatius Baro Terræ Amati, Ioppoli, & Cuccurini, ac nostræ Urbis primus Patritius, qui cum Laura Barletta, seu Sancta Cruz genuit Donatum Antonium Terræ Amati Marchionem I. Franciscum anno 1656. & 1661. Sindicum, Antonium (qui procreavit Iacobum, hodie 1709. viventem) deindè Presbyterum obdormivit in Domino; Claudiam, Pauli de Francia uxorem, Dianoram, & Sinobiam in nostro Monasterio S. Claræ moniales.

Donatus Antonius habuit Horatium Marchionem II. Franciscum, Dominicum, & Lauram. Horatius cum Iulia Capece,
Boz-

Bozzuto, Urini, unicam suscepit filiam.

Franciscus Horatii filius, ac Status Montisleonis per multos annos Gubernator, tulit Antonium nostræ Urbis Præfatum, sive Syndicum anno 1664. & 1669. Marcum Antonium, filium Horatii Marchionis II. maritum, & Fabritium Francisci genitorem, & quatuor Moniales in eodem S. Clare Cœnobio, Cecilia tamen, & Prudentia sunt ex aliis defunctis solæ superstites. Fabritius iste à nostris Nobilibus anno 1683. in Senatorem eligitur; deinde Sindicatui cessit, & Tropeam Civitatem petiit, ibique ceteri Mottuli habitant, excepto Marchione, qui amatum incolat. Vivit Horatius, olim Presbyter, ac Vicarius Generalis Rheginensis, nunc Frater Franciscus Antonius Ordinis Cappuccinorum, ejusdem Francisci secundum carnem, at S. Francis in Domino filius, venerabilis senex, ac magnæ æstimationis apud Generales sui Ordinis.

IN SIGNIA!

In campo cæruleo tres stellæ, & brachium ferratum, manu equum album, & alatum, necnon volantem è freno tenens.

ONEMMA.

Hanc familiam à Gallia Norbohenfi, adventu Caroli I. Andagavenfis in Regnum Neapolitanum, protensam fuisse, memoriæ traditum est. Cum enim dictus Carolus, Provincia Comes, ac Frater S. Ludovici IX. ab Vibano IV. Pont. Max. (excommunicato Manfredi) ad Imperium Regni Neapolitani fuisset accessurus, inter alios commilitones, qui ipsum Carolum sequuti sunt, fuit Pompeus Onemma, qui post annum 1265. excepta per eundem Carolum à Clemente IV. corona, ac Regno

XX

ade-

adepto, Dux militum creatus est. Ab hujus descenditibus natus est Camillus Dux peditum in Neocastrensi Civitate. Hic accepit in uxorem Isabellam Poerio Tabernarum Civitatis Patrisiam, postmodum Montemleonem se transtulit. Ex hoc natus est Pompeus alter. A quo Michaelangelus insignis Philosophus. Hic suscepit Joannem Paulum, & Didacum, in Lega, & Philosophia peritissimos, qui inter Nobilium nostrae Urbis ceterum anno 1613. aggregati fuerunt.

Joannes Paulus habuit Carolum, de quo *cap. ult.* inter Doctores enim Illustres numeratur; & Michaelangelum Philosophum. Ex Carolo, Frater Joannes Ordinis Carmelitarum, & Joseph V. J. D. vivens in Civitate Neapolis, solus superstes ex aliis filiis defunctis.

Didacus vero tulit Josephum alterum, in nostra Civitate viventem.

I N S I G N I A I

In campo caeruleo tres montes virides, leo elevatus supra sinistrum montem, aquilam volantem respiciens; cometa supra leonem, & aquila, jam recensita, nigri coloris volitans versus leonem.

O T T O N E.

Est qui dicat, sed pertinaci ingenio, Othones priundos ab Othone ultimo Romanorum Imperatore, indeque nomen deduxisse. Alii vero hanc familiam veteres Ottoboni vocasse, Veneto-rum fines incoluisse decantant, sed nullis Authoribus. Revera tamen Hieronymi pater è Genuesi Civitate Montemleo-

DE MONTELEONE. §47

leonem appulit, ibique domum stabilivit. Hieronymus iste, Elisabetha Mazza Patritiam in uxorem duxit, ac in Patritios aggregatus, in Syndicum, seu Urbis Praefectum anno 1660 electus est. Eandem dignitatem obtinuit Iulius Caesar anno 1698.

Ex Hieronymo nascuntur Iulius Caesar recensitus, & Ioannes Baptista. Ille ex Adamante Pisano Patricia duas suscepit feminas. Ille cum Anna Tocco Civitatis Tropaei Patricia, tulit Hieronymum, qui ex Antonia Gravati (Hi quingentum sunt anni, quod feudum Caradonna, seu de Altavilla dictum, possident, & Barones de Altavilla dicuntur, & Civitate Briatici ad nos venerunt, quorum insignia in campo argenteo in duas partes diviso, duo pali aurei sunt, & stella in parte superiori) filium habet, genuitque etiam.

I N S I G N I A.

Campus divisus, à parte inferiori calculus, vulgo Scacchiero, cujus casulae albi, & rubri coloris esse debent; à parte superiori aquila nigra in campo croceo.

P A U L A.

Familia hæc ad Civitatem Cathacensem translata est, ubi Nobilium honoribus fruitur. Sunt Paulini origine in nostra Civitate pervetusti, & clari semper habiti sunt in re militari, & magnis muneribus ob eorum egregia facinora donati sunt. Antonio de Paula Ferdinandus Rex, obsequiorum intuitu, præclarum in Montisrubri territorio concessit feudum, declarans in eodem privilegio multos ex hac familia propriis expensis, & sanguinis effusione militiam exercuisse. Quorum intuitu idem Rex pro Antonio de Paula Episcopatum impetravit Cathacensem, ut *Vincentius Amato* refert in sua Historia ejusdem Civitatis lib. 3.

pag. 161. Anno 1498. circiter Antonius predictus cum eodem Episcopo consanguineo suo Cathacium petiit, ibique suam domum stabilivit. Deinde anno 1590. Carolus de Paula ad nostram Civitatem suorum prædecessorum antiquam patriam, reversus, Urbis præfecturam anno 1598. exercuit, iterum, nostris diebus, familia hæc apud nos extinguitur. In Cathacensi tamen Civitate adhuc perseverat.

I N S I G N I A.

*Fascia alba, tribus rosis rubris ornata,
campum cæruleum dividens, à parte
inferiori dimidium lune;
supra verò duæ
stellæ.*

P I S A N I.

Hanc gentem fuisse Pisanam constat ex prudentum traditione. Andreas, Caroli VIII. Francorum Regis tempore, primus è Pifarum Civitate Montemleonem venit, dum Pisani contra Florentinos bellum agebant, & è Patriæ nomine Pisanus dictus est. Ita enim Sancta Crux quoque gens, quæ adhuc hic viget, & apud Laureanam (cujus insignia, in campo aureo quinque dentes, à dextera campi ad sinistram vergentes, sunt) è Ornarum Civitate, vulgo *Barletta*, profecta, Barlettæ cognomen adeptæ fuit, Octavius senior, Anibal, Octavius Junior, Vespasianus, & Leolucas Urbis Præfecti extiterunt, primus anno 1606. secundus 1617. & 1631. tertius 1640. quartus 1678. & quintus anno 1679.

A R B O R.

Andreas Pisanus. A quo Bernardinus. Ex hoc Octavius Doctor. Ab Octavio Annibal, & Franciscus Doctores insignes, hic poemata multa, ille practicam criminalem composuit, *vid. cap. seq.* necnon & Vespasianus item Doctor, & Victoria U. I. D. Fabritii Giovane uxor.

Annibal cum Olympia Corsi, Nicoterae Patritia, suscepit Octavium juris Consultissimum; Victoriam Antonii Catalbi, & Dianoram Hieronymi Bisante uxores, & Isabellam, & Olympiam in Monasterio Civitatis Briatici moniales.

Octavius, & Hippolita de Asti Civitatis Mileti nobilissima familia, hodie extincta, susceperunt Vespasianum, & Leolucam Doctores, Hieronymum Ioseph Bongiovanni, nobilis Civitatis Tropeae uxorem, Mariam, Benedictam, & Seraphinam moniales in Monasterio S. Crucis nostrae Civitatis.

Vespasianus cum Adamante de Gatti filios non procreavit.

Leolucas verò ex Beatrice Lacquaniti tulit Octavium Doctorem, Paulum Presbyterum, & Doctorem, Nicolaum, Vespasianum, & Antoninum, Adamantem Iulii Caesaris Ottone uxorem, Hippolitam, & Annam.

I N S I G N I A.

Fascia, seu vitta rubra à dextris ad sinistram descendens; à parte superiori tres rosae rubrae, à parte verò inferiori duae, campus denique caeruleus.

S A C C O.

SAccos Amanthæ ortos, Montemleonem deinde translatos, in Senatūque adscitos, ac Patritios factos esse, publicus ru-
mor

mor author est, & nostri icidem annales testantur. Michael in
Sindicum à nostris Patritiis electus est anno 1557. & 1571.
Cæsar 1590. Doctor Michael 1663. Doctor Dominicus 1690. &
1696. Antonius, nostris diebus, magno sui, suæque familix ho-
nore Urbis Præfecturam anno 1706. exercuit, hinc iterum con-
firmatur anno 1707.

I N S I G N I A.

In campo rubro leo in altum elevatus.

S C H I S A N I.

UNdè huc se tràstulerint Schipani non in promptu habetur,
satis constat Patritios fuisse, ac per multos annos in hac
Civitate permansisse. Primus, qui ipsam habitavit Joannes Tho-
mas vocabatur, & hic in Patritios numeratus legitur. *Abbas*
Joannes Baptista Pacicbelli in suo opere, cujus titulus, *Regno*
di Napoli in prospettiva, mentionem facit de Horatio Episcopo
Belcastrensi, & Mario insigni Philosopho, cui Petrus de Valle
suum opus dicavit. Fuit etiam Dominicus turmæ peditum major
Stator, & Neapoli Locumtenens, Tribuni militum Generalis.
Floruit sæculo præterito, & obiit anno 1692. ut *cap. seq.* videbis.
Familia hæc, Neapolim, Tabernarumque Civitatem secessit, ibi-
que inter Patritios affecta omnibus dignitatibus perfuncta est, ut
idem *Abbas* refert.



I N S I G N I A .

*In campo cæruleo brachium , manu spicam
tenentem, videbis.*

S I G N O R E T T A .

F Amilia in duos ramos olim divisa . Germani Fratres , Excellentissimi Nuceriæ Ducis persecutionem fugientes, Franciscus Montemleonem incoluit, Ferdinandus Tropeam , & utrobique Patritii effecti sunt. Hujus linea in suum nepotem extinguitur. Illius verò, apud nostram Civitatem, Philocassiumque, à quo antiquam nobilitatis originem duxit, nobiliter vivit. Multis honoribus, dignitatibusque ab Excellentissimis Noceriæ Ducibus, ob egregia eorum merita donati sunt.

A R B O R .

Iacobus Philocasiensis procreavit Ferdinandum feudatarium, tanquam Primogenitum, qui matrimonii causa Tropeam habitavit, & inter nobiles ibique numeratus; Franciscum, & Pompeum nostræ Urbis iacolas, & Patritios.

Ferdinandus genuit Iacobum. Ex quo Ferdinandus alter, qui tantum duas fœminas habuit, antiqui feudî hæredes.

Ex Franciscò, & Matthia Grillo, nobilitate, nascuntur Philippus, Carolus, Leolucas, & Gaetanus Sanctæ Theresiæ Monialis.

Philippus, & Lucretia Matarese susceperunt Carolum, quæ per annos quindecim militiam apud Mediolanum exercuit, & Statoris dignitatem assequutus est; Fabritium Antonie Signoretta, deinde Annæ Badolato virum, & iudicem in eodem S. Claræ Monasterio monialem.

Carolus, ex Lucretia Angeloni tulit Philippum Felicis Comitis maritum; Leolucam Presbyterum, Ioannem Baptistam, Beati-

tricem Francisci Camarda uxorem, & Antoniam, Ioseph Vacca-
ro, deinde Hieronymi Comito, & tandem Fabritii Signoretta,
jam recensiti, conjugem.

Leolucas cum Anna Catina habuit Franciscum, Carolum,
Isabellæ Curto maritum, & Magdalenam Mauriti de Sanctis
uxorem.

Ex Francisco, & Clorinda Bruno oriuntur Franciscus po-
sthumus, & duæ fœminæ.

I N S I G N I A.

*Campi spatium est mare, in quo fascia
rubri coloris, à dextera ad sini-
stram descendens, tribus leo-
nibus sursum ascenden-
tibus, ornata.*

S O R I A N I.

HÆc familia Vibonensis est, & græca, quæ Vibonæ destruc-
tionis tempore per decem milliaria ab eadem Vrbe se se-
iunxit, & Suryanum Oppidum, pensili loco situm, erexit: Sorya
congeriem, sublimitatemque sonat. A Suryano postea cognomen
accepit. Reædificato deinde Vibonæ, ad patriam rediit usque
nunc perseverans. Sunt tamen qui arbitrentur ipsos Suryano
dominatos fuisse; ac Oppido nomen imposuisse, vel inde fortasa
se nomen deduxisse. Hinc de Suryano antiquitus, ut statim di-
cemus, vocabantur; postea, ut politioribus auribus satisfaceret
Soryani se nominarunt. Ad Crotonensem, Cathacensemque Ci-
uitates quoque diffusa utrobique iuribus nobilitatis fruitur, Equi-
tibus S. Ioannis Hierosolymitani decorata.

Ipsi verò suum genus à Crotone iactant, à quo originem
duxisse ostendant. Primus, qui nostram Urbem incoluit, ait di-
cunt,

cunt, fuit Decius de Suryano, qui Cappellam intra S. Leonislucæ Delubrum anno 1488. fundavit, *vid. cap. 5. §. 1* Hic S. Calogeri, & Calimeræ Baroniam pretio consequutus est, illasque sui descendentes per multos annos possederunt, ultimus fuit Doctor Ioannes, quemadmodum à quodam non ignaro Montisleonis antiquitatis non semel accepi; in multis etiam actis, quæ in Archiepiscopio Ducali conservantur, hoc etiam apparet. Hæc familia multos habuit Consulares, sive Urbis Præfectos, aut aliis maximis honoribus usos. Inter quos Ioannes Baptista anno 1514. Doctor Ioannes 1546. 1556. & 1576. Carolus Cæsar 1688. Dominicus 1699. & 1704. numerantur.

A R B O R.

EX Ioanne V. I. D. nascuntur Cæsar, & Carolus. Hic obiit juvenis. Ille, & Cornelia Tomarchelli susceperunt Antonium, qui absque liberis senex occidit, legavitque S. Domini Cembio pro pietantia in die S. Antonii Abbatis, carolenos viginti, & Camillum.

Hic cum Maria Ferrato genuit Carolum Cæsarem, & Ignacium.

Carolus Cæsar, & Diana Coccia habuerunt Dominicum, Marcum Antonium, nunc D. Benedictum Ordinis nigrorum, S. Benedicti Monacum, Camillum, Antonium, Lucretiam Domini Carratelli, Amanthes Civitatis Patritii uxorem, & Annam Mariam Domini de Francia conjugem.

Dominicus cum Gregoria Fazari, Tropæ Patritia tulit Bernardum, Alexandrum, Carolum Cæsarem, & Franciscum, & Antoniam.

Antonius ex Frafa Marzano, Baronis S. Catharinæ filia, suscepit Gregorium, Marcum Antonium, & Ioseph.

I N S I G N I A.

*Campus viridis, fascia carulea divisus;
à parte superiori duo pali argentei, in-
fra verò, duo repagula, vulgo Sbarre,
iridem argentea, à dextera ad
sinistram descendente.*

V E N T O.

VEnti centum viginti & plus ab hinc annis huc proficiscuntur, & inter primarios antumerantur. Franciscus ex hac familia, qui anno 1603. & 1616. Urbis Præfecturam obtinuit, ex Hieracensi Civitate huc ad habitandum venit. Hujus linea apud nos extinguitur, ibi tamen perseverat. In nostra Civitate adhuc videtur eorum palatium, vulgo *Palazzo di Vento*, quod altitudine cætera antecellit, sed possidetur à familia Matzani.

Hanc familiam Genuensem à nobilibus Viris, Genæ vrbata, ex qua Galabriam translataam fuisse, necnon Viris Illustribus florentem, scribit *Juanes Paulus Lazarus* in suis manuscriptis poematibus: In sit enim ipse, ad Petrum Ventum nostrum civem scribens.

Insignem Virtute Virum, qui stemmate fulget.

Ipse tamen creptis pulcher Apollo sacæ.

Et post pauca.

Oninium felix, cui tot congesta fuerè.

Munera supremis non nisi danda Viris.

Ut tua nobilitas, virtus, & corporis artus

Perfecta haud possent parte carere sui.

No-

*Nobilis antiqua Ligurum de stirpe creatus,
Cognitus est terra, cognitus aequæ maræ,
Majoresquæ tuos Patriam decorasse triumphis,
Historia referunt non sine laude tua.
Aspicio, dum tuque Patrum clarissima cernis
Facta, quidem doctis per celebranda Viris.
Pisorum classis turres, delata, domusque
Indicat Imperium, quo valere tui.
Pro dulci Patria, pro majestate suorum
Non timuere diu multa pericula pati.
Dulcis amor Patriæ quid non jufferre docebit:
Cum sit pro Patria nil nisi dulce mori.*

INSIGNIA:

*Calculus, cujus casule, albi, & rubri
coloris sunt.*

VULCANI.

Uvicinos Neapolim, sedli de Nido fruentes, ortos, Montemleonem deinde quosdam translatos, in Senatumque adscitos a nobilibus, ibique Patricios factos esse, publica fama decantat, & antiqua nostrorum Seniorum traditio. Ad Tropionsem Civitatem tandem translatos, ibidem tempore segregationis illius Urbis, quæ anno 1615. accidit, juribus nobilitatis frui gravati sunt, hinc extra Stile, per excellentiam vivunt. Primus, qui Montemleonem incoluit Julius vocabatur.

I N S I G N I A.

*In campo cæruleo rete aureum, supra rete
tria concubilia rubri coloris.*

Z O M B I N I.

Sunt qui credant, ex ultima Lusitania eos ad nos advenisse; quod & ipsi contendunt, multisque rationibus comprobare conantur. Sunt & nonaginta, & plures anni, ex quo inter nostros Patritios annumerantur. Et primus, Flaminius vocabatur, Hieronymi filius, ad Horatii, qui à *Joanne Paulo Lestro* in suis *carminibus* valdè commendatur, nepos.

Ex Flamino, & Cornelia Cesare Patritia nascuntur Joannes Baptista, & Abbas Joannes Andreas, qui præfuit Phano, quod sub Sancti Angeli Michaelis nomine Monteleoni colitur.

Joannes Baptista, & Catharina Cesare soror U. I. D. Iosepho de Neapoli (vide supra, ubi de hac familia Cesare locuti sumus.) susceperant Joannem Baptistam, Lectorem Ordinis Prædicatorum, Octavianum, & D. Flaminiū (Flaminiū Cesare dictum, cognomen à matre susceptum) Clericum Regularem Minoritum, ac Visitatorem Generalem, doctrina, bonisque moribus radiantem, nec non & Thomasin Africanū de Gatti uxorem.

I N S I G N I A.

*In campo cæruleo duo baculi nodosi, &
transversi, necnon & quatuor
stellæ baculorum lateribus
distributæ.*

Sunt

Sunt & aliæ Familæ, claritate insignes, & conterraneæ nostræ, & aliundè oriundæ, quæ posthabitis suis Civitatibus, in nostram se transtulerunt, & è contra, & deindè iterum alibi translatae, quarum confusam memoriam habemus, & traditionem obscuram, ideo hic illas enarrare omittimus. Sed tantum nonnullas extinctas, præclarasque familias hic adducimus, maximam enim nostræ Civitati gloriam, earum notitia conferre, judicamus.

Familie extinctæ.

Alessandri, unde se ad nostram Civitatem transtulerint magna est questio; Ioannes Baptista, qui primus hujus familæ apud nos Patritius effectus est, legati munere ad Reges Aragoneos Civitatis nostræ nomine optimè functus est, multaque à Regibus impetravit, ac bene de Patria nostra meritus est.

Angeli. Sunt qui eos Mileto oriundos credant, quod nec ipsi pernegabant, & multis monumentorum testimoniis comprobari potest. Adest apud illam Civitatem intra Sanctissimæ Trinitatis Delubrum Cappella quædam, quæ dicitur de Como, Angeli, e Comerci, ut videre est in Archivio Abbatie Sanctissimæ Trinitatis. Sed revera à nostra Civitate originem trahunt, Miletum, & apud Tropiensem Civitatem deinde translati sunt. Legitur in nostrorum Urbis Præfectorum numeratione, Doctorem Bernardinum de Angelis anno 1543. fuisse Siadicum, item in anno 1565.

Bisanti à Civitate Mileti ad nos deveniunt, atque statim inter familias Monteleonenses primæ classis annoverantur, cumque primariis cognatione conjunguntur. Primus fuit Augullinus Bisanti.

Bozzuti è clarissima nostri Regni Civitate, quæ Neapolis appellatur emigrarunt, atque inter nostros confederunt anno post Christum natum 1580. circiter. Primus, qui ad nos venit, nomine Martialis, Eques Neapolitanus, de Sedili Capuana, in nostram duxit mulierem quandam, nostram Patriciam de Familia Tomarchelli.

Consalvi, seu **Consalvelli**, è Hieracensi Civitate, vel Stili in hanc

hanc nostram venerunt, ibique originem ducunt à Civitate
Coseniæ, apud quam *Giacci* appellantur. Primus, qui ad nos
venit, fuit *Alfonfus* Conestabulus.

Campanile. Ex *Ioanne* *Thoma*, qui Doctor, & Eques auratus
ab *Inuictissimo* *Carolo* V. Imp. anno 1536. factus est, *vid. cap.*
seq.

Grilli è *Briaticensi* Civitate venerunt, originem tamen ab *Oppi-*
do ducunt, & *Ioannes* *Baptista*, à nostris aggregationem obti-
nuit.

Marco. Equitibus *Hierosolimitanis* decorata familia hæc conspi-
citur, *vid. cap. seq.*

Marzano, ex Principibus *Squillacensibus*, & *Massæ* *Ducibus*, ut
communiter ajunt.

Mataresi, unde venerunt nescimus, *Ioannem* *Mariam* tamen pri-
mum jure nobilitatis frui legimus.

Milana. Genus in nostra Civitate antiquissimum. Hujus gentes
usque ad annum 1508. paulo plus, vel minus hic persevera-
runt, & pro ejus *Damanii* defensione *Dominicus* *Milana* capi-
te truncatur, *vide hic cap. 2. vers. su.* Deinde, ad effugendam
primi nostri Ducis iram, omnes hujus familiæ, sub magni *Ca-*
pitanei *Terrenovæ* Ducis patrocinio, alibi secesserunt. *Mila-*
norum antiquum sigillum apud me servatur, in quo leonem in
akum elevatum, *Aragonis* stemma manibus deferentem vi-
debis; supra scutum, in oricalcho delineatum, crista, circum-
circa vero tres litteræ *F. G. M.*

Monteverde. Hujus familiæ antiquissima, apud nos, præter illa,
quæ deleta sunt, reperiuntur monumenta, *vide hic cap. 4. §. 2.*

Oliva. Ab *Aquila* Civitate *Carolus* *Oliva* hic appulit, & *Patritia-*
tum obtinuit.

Pizzimenti. Antiqua est hæc familia, & generis nobilitate con-
spicua. Hodie in *D. Francisco* *Antonio* *Presbytero* extingui-
tur.

Platini, qui anno 1278. apud *Arenarum* agrum bona feudalia
possidebant.

Romano. E Civitate *Mileti* ortum ducit hæc familia, & *Camillus*
nobilitatis jura consequutus est. Utrobique extinguitur.

Saldanieri, à *Serrata* *Oppido* antiquam duxerunt originem.
Franciscus ad nos venit, & *Patritius* effectus est.

Tomarchelli unde venerunt nullum apud nos inditium est. To-
men

men præcipua erant antiquitate, & nobilitate, illustribus Viris, Equitibusque Hierosolymitanis conspicui, ac inter primarios numerabantur. Hodie extincti. *Quid. 15. Metam.*

*Tempus edax rerum, tuque invidiosa vetustas.
Omnia destruitis, viri atque dentibus ævi
Paulatim lenta consumitis omnia morte:*

Monsleo tandem omni ætate nobilissimus etiam aluit advenas Familias, quæ ex diversis Europæ Civitatibus hic concesserunt. Et præter supra enumeratas, quæ Patritiæ dicuntur, aliquæ modo vigent, quæ ad Patritiæ apicem non sunt à nostris adhuc adscripti, licet aliundè, à quo venerunt, Patritiæ dicatur, & cum nostris Indifferenter sanguine jungantur. De quibus, nostrarum familiarum arborem supra texendo, obiter loquuti sumus.

Sunt & aliæ familiæ, quæ à tempore immemorabili, etiam in multis duocentis excedente annos, ex suis sedibus, sicut & cæteri Nobiles, nobiliter vivunt, at quia nobilium cœtum minime ingredi potuerunt, populorum, seu Honoratorum officia exercere coacti sunt: Necnon & Doctores, Medicique multi, aliisque scientiis peritissimi, ab his originem ducentes, earumque cœtum decorantes, quos, quasque omnes hic singularim inferere supervacaneum existimavi.

Vivunt denique hæc in Urbe animæ duodecim mille, & merito nomen sibi vindicavit principaliorum Urbium, quæ in Regno sunt, cum dicatur Parthenopes parva. Licet antiquitas, ut diximus *lib. 1. cap. 8. in fin.* inter septem primas Italiæ recensetur Urbes, immo inter majores, & ampliores Europæ Civitates sedem sibi vindicet.



*Sopra alcune Nobili Casate di
Monteleone.*

S O N E T T O.

LE Famiglie viventi or che à Vibone
Danno splendore, ed han marchiौरani;
Sono Attafii, Capialdi, ed Attesani,
Badolati, Bisogni, Mazza, e Ottone.

Cesare, Sorian, Cocca, Batone,
Comito, Crispo, Fazari, e Pisani,
Gagliardi, Falco, Morelli, Schipani,
Mottula, Franza, Paula, e Giffone.

Pure Milan, Messina, Gatti, e Fonte,
Giovane, Mele, Onemma, e assiem Zombino,
E Signoretta à Ippone alzan la fronte.

Con lor, Vento, Vulcano, e Sacco; infino
Alle stelle lo fan di glorie un monte,
E qual nuovo Tabor chiaro, e Divino.



*Sopra alcune Nobili Casate di Monteleone
di già estinte.*

SONETTO

TRà gli denti del tempo avvinti stanno
Del glorioso Ippon queste casate;
Angeli, e Grilli; e le famiglie amate
Alessandri, e Bisanti anche han tal danno;

Gli Bozzuti, e di Marco, il grave affanno
Con li Marzan, provar di parche irate:
Ne Otiva, e Matarese son scampate
Dalla morte; e i Plucin pure ciò il fanno.

Romani, e Contestabili; e con loro
Campanil, Monteverde, in freddo gelo
Co i Pizzimenti dissero: Ecco io muoro.

Gli Tomarchelli, e Saldaniel, reo velo
Copre. Pur godà Ippon, che tal tesoro
D'Eroi, seppe improntare al Re del Cielo.



Pro hujus Capituli coronide, & ne justitia in minimo lædatur, aliquas familias, de quibus genericam habui cognitionem, hic subnectere existimavi. Sed quædam ante, quædam post segregationem vigerunt, juxta notationem sequentem. *Baldano, Caloyero, di Fiore, Lanzo, Vajano, Vitaliano* ante segregationem extincti, vel alibi translati, respectivè. *Antonuccio*, quasi extincta. *Alemanni, Anglisapo, Baccari, Carpita, Condò, Donadò, Ferraro, Fiasche, Giasolino, Genovesè, Gennaro, Lazaro, Manello, Raffa, Stanganello, Scursi, Spasaro, Ursino* post segregationem penitus extincti.

Hæc sunt, Patris mei, quæ in hoc Cap. dominationibus vestris, cujus correctioni, atque judicio hæc, & reliqua à me tam scripta, quam scribenda, committo, offerenda occurrunt. Nulli tamen eorum, qui nobilitatis honorem aliquo tempore habuit, vel suos majores habuisse prætendit, per hæc, quæ diximus, præjudicare contendo. Sed unum adverto, quod si aliquis, me non accuratius de sua familia scripserit, in futurum conquereretur, potius suæ, quam nostræ, tribuendum est, negligentia. Omnibus enim ego, & verbo, & scripto, semel, atque iterum, lucubrationes has notificavi. Verum hæc omnia, sicut & cætera, quæ diximus, & dicemus, ita meis Lectoribus propono, ut fides sit pœnes Authorem, vel tanquam quæ à sola Authorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam historiam, & omnia in eo statu à me relinqui, quem, seclusa hæc mea lucubratione, obtinerent, non obitante quocumque longissimi temporis cursu. Sic fateor ego solaminis omnium studiosissimus.



CAP. ULTIMUM.

De Viris Illustribus, ac Mulieribus.

EX hac Urbe plures prodire Viri literis, & virtutibus clarissimi, & gentilitatis tempore, & postquam catholicæ fidei veritatem est amplexata.

Tempore gentilitatis fuerunt Ermippus Proserpinæ pater, quem Jovem, vide *lib. 1. cap. 9. & 12.* & Calais Proserpinæ mater, quem Cybalem, seu Cererem fuisse tradiderè veteres, vide *lib. 1. cap. 11. & 12.* Item Proserpina, Hercules, Apollo, Minerva, & Diana.

Et ut rem ab ovo repetamus, dicendum, eos quos posteritas, & Moisi ætas, & sequens quoque postea seculum magnificè celebravit, coluit pro summis Viris, fortissimis Heroibus, immo etiam pro Diis habuit, fuisse posteros Caini, qui diluvium præcesserunt. Hi autem sunt quos Ethnici dixerunt Saturnos, Joves, Mercurios, Uulcanos, aliisque ejusmodi nominibus appellarunt, ut ex eorum scriptis apparet. Illi enim etsi pro Diis ab Ethnicis culti sunt, homines tamen, & quidem mortales fuerunt; sed qui propter artes egregias à se primum inventas, immensaque illa dona in totum genus humanum à se primis collata innotuerunt hominibus, & apud posteros in admiratione fuerunt, hujusmodi appellationibus donati, celebratique sunt. Id quod mecum sentit *M. Tullius lib. 1. Tuscul. quæst.* Et *Varro in lib. verum Divinat.* teste *D. August. lib. 4. Civit. Dei cap. 23.* Et *lib. 6. cap. 6.* Sed in primis id docet verum esse *Varro eod. lib. Civit. Dei cap. 34.*

Nam ut ait *Pausanias lib. 8. Dii postea sæpè sunt ex hominibus nati.* Ex Adamo, & Eva primis hominibus natus est primogenitus Cainus, post Abel. Sed ex Abele nulli posteri fuerunt supersites. Caino verò plures nati sunt tum filii, tum nepotes, tum abnepotes, & posteri, viri insignes, celebres, & industrii numero decem, si Noemam filiam Tubulcaini bis annumeres, ut Moises fecit. Quod si his decem, Adamum, & Evam addideris, fient omnes numero duodecim, quo proculdubio sunt duodecim illi antiquissimi, & majorum gentium Dii ab Ethnicis appellati. Hoc ordine

in sacra Scriptura numerantur: Adam, Eva, Cain, Enoc, Jora d, Malateel, Matufael, Lamec, Noema, Jubal, Tubalcairi, & Ifabel. Inter quos dua sunt feminae, nimirum Eva, & Noema; idest Rbea, sive Terra mater omnium Deorum, & Venus: Decem autem sunt mares, nempe reliqui, Adamus, Cainus, Lamechus, Jabel, Jubal, Tubalcain, & ceteri, quos recitat Moyses ibidem. Idest Saturnus, Jupiter, Mercurius, Apollo, & Vulcanus, quemadmodum ab Ethnicis nominantur. Iidem isti sunt, quos profana antiquitas Deos Samothracum, Deos Cabiros, idest Deos vocat arcanos, & ceteros (qui postea in Deorum numerum collati sunt) augustiores habitos.

Præterea observandum est, istas sive Græcas, sive Latinas Κρονίου Cronioi, Διός Dios, Ερμού Ermōd, ΗΨυϊού Hipfusioi, Διονυσίου Dionysioi; idest Saturni, Jovis, Mercurii, Vulcani, Dionysi, & similibus appellationes, multis quidem datas, & communicatas fuisse, prout videlicet unaquæque gens quæpiam vel suæ originis authorem, vel suum benefactorem, vel primum sibi notum virum strenuum, & industrium celebrare, & immortalem posteritati reddere voluit, studuitque. Unum tamen fuisse, cui primum, & ab antiquissimo tempore hoc nomen, vel Saturni, vel Jovis, vel Mercurii &c. impositum fuit; ad cujus similitudinem alii (& quidem illi primo, & antiquissimo longè ætate posteriores) Saturni, aut Jovis, aut Mercurii &c. postea nominati fuerint. Quod idem de mulierum Dearum, quæ vocantur, nominibus est sentiendum. Ergo plures reperientur, qui & diversis temporibus, & à diversis gentibus, & Saturni, & Ioves, & Vulcani fuerunt vocati; omnes tamen ex admiratione (qui primus eo nomine dictus est) sortiti, ac consecuti. Ex quo fit ut in Ethnorum libris multos dici Saturnos reperies, multos item Ioves &c. inter quos tamen unus est vetustissimus, & cujus laude, & celebritate nomen illud alii sibi desumpserunt, vel impositum, habuerunt. Sicut de Ermippo, & Calais, ipsorum filiiis, filiabusque dicemus.

Sed ante Proserpinam Hipponiacam nulla fuit alia, à qua nomen accepit; ipsa enim fuit exemplar, non exemplum. Hinc de ipsa ex professo agere debemus. Et licet multi circa ejus patriam contrarium tenere videantur, idque tamen scriptores, sive dolo Hipponio invidentes egerunt, sive incitiam, sive quia multa habebat nomina à locis, quibus potissimum colebatur, vel quibus dominabatur sibi indita.

Re-

Revera Proserpina in Hipponio nata est, quod evidenter ex *Prælo in Epit. de oracul.* probatur. Infit ipse. Porro tunc Hipponium Urbem Calais, vita functi Ermippi uxor regebat, cujus filia Proserpina per Vibonense littus, cum vagaretur, Platonis Siculi pirata incurfus non evasit, qua cum plerisque mulieribus rapta, ut matris dolor quiesceret, tanquam in Dea sortis mutatam sua serunt Hipponenses, eique templum erexerunt. Idem docet *Marafotus lib. 1. cap. 15. pag. 37.* qui Ermippum, & Calais Hipponenses vocat. Reliqua ad Proserpinam attinentia, vide *lib. 1. cap. 9.* ubi de Proserpinæ Templo, egimus.

Ex iisdem Authoribus etiam clarè constat Ermippum, & Calais, Hipponenses fuisse. Ex Diodoro Siculo, Minervam, & Dianam; & consequenter Apollinem. Infit ipse *lib. 5. Minervam insuper, & Dianam virgines cum Proserpina nutritas una flores legere solitas, fabula serunt.* Hinc Minerva dicta est Hippoletis ab Hipponio sua Patria.

Ex nummis matibus *verb. lib. 2. cap. 3.* positis, & Civitatis nostræ stemmatibus, *lib. 3. cap. 1.* necnon quibusdam congruentiis infra ponendis, Herculem, & Brentum ejus filium (qui, quæque omnes, exceptis Proserpiuna, ex Brento, talia nomina; nempe Ermippus, Jovis, Calais, Cereris, seu Cibalis, quæ apud Hipponenses non distinguuntur; duo Ermippi filii, nomina Herculis, & Apollinis; duæ ejusdem filia, nomina Minervæ, & Dianæ, ex admiratione illorum primorum, ut supra diximus, consecuti sunt) insuper Jovem, Cererem, Apollinem, Minervam, & Dianam, quos omnes Magna Græcia Deos, Deasque appellabat, Hipponiacos fuisse evidenter apparet.

In nummis matibus illis videre licebit, & Jovis, & Cereris, & Proserpinæ, & Herculis, & Brenti, & Apollinis, & Minervæ, & Dianæ caput ex una parte, Hipponensium tamen, sed ad illorum antiquorum similitudinem. Ex postico verò eorum propria insignia. In Montisleonis stemmatibus, & Amaltheæ cornua, & asta, & noctua videntur. Et ex omnibus antiquitatis monumentis, quibus Monteleonensium actiones memoriæ perditæ sunt, illud præcipuum, maximèque ad fidem faciendam ponderis semper duxi, quod veteribus, tum lapidum, tum nummorum testimoniis niterentur; quod enim in publicum, & à publicis populis Montisleonensis, Magistratibusque ederentur, nihil poterat illis fucatum, nihil adulterinum admisceri, quod non statim argueretur.

retur. Sed non mirum, si multa, quæ Vibonis tempore vigeant, rerum laudandarum studia perierint, atque extincta prorsus sine. Vivebant tunc procul dubio permulti, noti quidem illi, & Doctorum hominum vel scriptis, vel sermonibus celebres, qui illustrandæ antiquitatis studia dediti, multiplicem hanc numerorum, & stemmatum eruditionem, non solum observatione collegerunt, sed doctè etiam, ingeniosèque aliqua in parte sunt interpretati, & multa, quæ tacebant in tenebris, eruerunt: Sed quia typis dare non poterant, prælum enim in tenebris latebat, ideo cum Vibonis destructione, & incendio, igne etiam cremata fuit antiquitatis memoria, præter nostræ Urbis stemmata, & nummos, qui in dies inveniuntur.

Ex quibus, ut dixi, evidenter apparet, arguiturque supra dictos Viros, ac mulieres Hipponiacos fuisse. Vndè & Amaltheæ cornua, & fulmina, & duplicata clava, & lyra, & noctua &c. non tantum Hipponensium valorem, terræque ubertatem; etiam verò, & principaliter homines, qui illis usi sunt, nostros conterraneos fuisse significant. Hinc Authores multi in eo errasse videntur, quod ipsos alibi natos scripserint, cum conterraneos nostros dicere debuissent: Sicut & ego profero per suprascriptas rationes, & licet illas impolitas, ac rudes reliquerunt ingenii mei debiles vires, fundamenta tamen, ex quibus tale aliquid quale ipsi voluissent, excitari aliquando posset, sine dubio jecerunt.

Neque hoc satis fuit Hipponio, Calabriaque invidentium iniquitati, quin etiam & ipsorum, ipsarumque leges, beneficia, ritus, & sacrificia, de quibus vide *lib. 1. cap. 12.* quæ in Hipponio antiquitus fiebant; necnon, quod est intolerabile, multa ipsorum gesta, & templa in Calabria peracta, ac structa tacuerunt, vel alibi attribuerunt, vel saltem factum recitantes, nec verbum aliquid de loco faciebant. Et quamvis ad hæc probanda, quæ per totam historiam præferim *lib. 1. cap. 9. 10. 11. & 12. & lib. 2. cap. 3.* diximus sufficerent, tamen majoris corroborationis gratia, quæ calamus illie in jungere non potuit, hic annectam.

Cum Acheloo, qui tauri formam sumpserat, in Hipponii ora Hercules colluctatus est, & cornu ejus fregit; pro quo redimendo Achelous Amaltheæ Harmodii filix cornu Herculi largitur, quod ille omnibus fructibus refertum Jovi consecravit. Hoc Poetæ fixerunt. Sed *Ovidius lib. 9. Metamorph.* sub fabula narrat historiam.

Ad.

*Admissumque trabens sequitur depressaque dura
Cornua figit humo, meque alta sternit arena.
Neque satis hoc fuerat; rigidum sera dextera cornu
Dum tenet, infregit, truncaque d' fronte revellit;
Naiades hoc pomis, & odore flore repletum.
Sacrarunt; divo suae vero hanc copia cornu est.*

Et hoc prope Hipponium mare vorus evenit (& Authores multi dicunt in Calydone) ubi Hercules Hipponiacus taurum occidit, & ejus cornua revellit; deinde mulieres aliquæ Hipponiachæ, floribus, fructibusque in triumpho testimonium adornarunt. Tandem Gela eodem in loco nemus amenissimum extruxit, quod cornu Amaltheæ appellavit. De quo *Davis apud Athegneum lib. 12.* sic scribit. *Cornu Amaltheæ locus est, quem struxit Gela in nemore amantissimo egregie pulchritudinis, juxta Hipponium Civitatem.* Quid clarius? Hinc antiquissimum Hipponis stemma, solum Amaltheæ cornu erat, ut patet ex nummis Hipponensium vetustissimis, ubi cornu Amaltheæ ex una facie videbatur. Hac inscriptione græca ΙΠΠΟΝΙΕΩΝ *Ipponion.* Et nunc, in eodem stemmate, duo Amaltheæ cornua, necnon in aliquibus nummis. Vide *lib. 2. cap. 3. & lib. 3. cap. 1.* Vel dicendum quod Hercules operam in monstris domando, hoc est, populum Hipponiacum à tyrannorum sævitia liberando commendarunt mulieres Hipponiachæ. Tales multi successerunt alii, qui virtutis, & patriæ amantes, incautum populum ab externa, & domestica vi, & ab influentium hostium petulantia, & predationibus defenderunt.

Hercules Crotonem in Calabria condidit. Et quamvis de edificatione Crotonis varia sit scriptorum opinio. *Quidam enim à Licinio Corcireo eam conditam volunt. Strabo vero à Mycilo. Rythagoras relatæ à Barris lib. 5.* tamen his vetustior, cui magis est adhibenda fides, ab Hercule conditum tradit. *Cum enim, ut dicit Barris citatus, Hercules boves Geryonis in Calabria agentis, à Licinio injuria affectus esset, & Crotonem, scilicet quendam virum cognomento Crotonem opem ferentem noctu per ignorantiam, quasi esset hostis, interfecisset; pulchritus est postea circa ejus monumentum Urbem illi cognominem se esse conditam, ubi immortalitatem fuisse adeptus. Quod & scio, ut dixi.*

Hinc

Hinc *Ovid. metam. lib. 15.* relatus à *Ioanne Baptista Nola Molise lib. 1. cap. 6.* loquendo de Hercule dixit.

*Navigat Ionium, Lacedaemoniumque, Tarentum,
Præterit, & Sybarim, Salentinumque Noatium,
Turinosque sinus, Temesemque, & Iapygis arva.
Vixque pererratis, quæ spectant littora, terris,
Invenit Æsarei fatalia fluminis ora,*

*Neque procul hinc tumultum, sub quo sacrata Crotonis
Ossa tegebat hæmuis, iussaque ibi membra terra.
Condidit, & nomen tumulati traxit in Urbem.*

Undè haud dubium censendum est Crotoniatis in suis numismatibus cunctos Herculis labores sculpsisse, ut tradit *Barrius* citatus. Ad differentiam Hipponensium: Hi enim principale significatum impresserunt, scilicet ejus caput, & duas clavas, unam Herculem, & alteram Brentum filium, vel potius cæteros Græcorum Hercules à nostro Hercule nomen sumpsisse, significantes. Ihi verò, scilicet Crotonenses, cunctos Herculis labores. Hoc fundatori faciendum est: Illud cœnterraneo. Undè *Hippodotus* ab Hipponio Hercules vocabatur.

Ab eodem Neapolim extractum esse, veterum aliorum scriptorum testimonia sunt, ut *Diodori Siculi*, & *Oppiani*, qui ad Urbis nomen alludens in poemate suo *de venatione*, novum Herculis campum Neapolim appellat.

Parturientes in Calabria sub Junonis Lacinio nomine Dianam invocabant: Junonem quidem appellantes à juvando: Lucinam verò, quod partum in lucem proferre putaretur, *Virg. 4. Ecl.*

Gasta fuit Lucina, tæus jam regnas Apollo.

Vel ut *Barrio* placet, *lib. 4. de Situ Calab. pag. 309.* *Lucina dicta fuit à promontorio Lacino, quod abest à Crotone mille pass. 18.* Fuit autem dictum *Lacinium* à *Lacinio prædone* hanc oram rapinis, & latrociniiis infestante, quem Hercules occidit, ac juxta templum Junoni suæ sorori construxit, quam *Laciniam* à nomine occisi prædonis, templumque ipsum, & promontorium *Lacinium* vocavit.

Apud Rhegium in Calabria *Orestes* jussu *Proserpinæ* templum

plum condidit Dianæ Faselidis, ut tradit *Proclus in Epit. de Orac.* loquendo de Oreste: *Porro tunc Hipponium Urbem Calais vita sancti Ermippi uxor regebat, cujus filia Proserpina per Vibonense litus cum vagaretur, Platonis Siculi pirata incurfus non evasis, quam plerisque mulieribus raptam, ut matris dolor quiesceret, tanquam in Dea sortis mutatam suaserunt Hipponenses, eique templum erexerunt. Didicitque ibi Orestes deponendam suorum, si post abluionem, Rhegii, Dianæ Faselidis simulacrum erigeret, quod opere complevis.* Vide *lib. 1. cap. 9. vers. fin.* Dicta est Faselis Diana à fasce lignorum, ubi ejus simulacrum abditum erat, quod occiso Thoante Vauricæ regionis Rege ab Iphigenia Agamennonis filia, in Italiam, hoc est in Calabriam, delatum est. Hinc, ut vides, nedum Hercules, sed etiam Proserpina curam habuit communis fororis.

Minervæ castrum describit *Barrius* in Calabria circa Locros, idque nunc Cripteria nominatum tradit. Et tamen Authores, qui ex professo vitam Jovis, Cereris, Herculis, Apollinis, Minervæ, & Diane scripserunt, nec etiam de istis, luce meridiana notioribus, mentionem faciunt. Quod procul dubio, & aliquorum incitiæ, & aliquorum iniquitati attribuendum est; quibus occasionem dedit quoniam non unus, at plures Joves, Hercules, &c. ut in principio hujus capituli diximus, fuerunt, idcirco varia loca, in quibus nati sunt, variæque educationes, & variæ res gestæ ipsorum à variis scriptoribus referuntur; illa verò, quæ ad Hipponium, Calabriamque pertinent, vel malitiosè, vel ignoranter ab aliis scriptoribus, præcipuè Siculis, seducti tacent. Concludendum est igitur dari Hipponiacos Deos, Deasque Hipponenses in ipsa Urbe natos; omnes tamen nomen ex admiratione illius (qui primus eo nomine dictus est) sortitos, ac consecutos.

Fuit Brentus filius Herculis, ut diximus, & de quo locuti sumus *lib. 1. cap. 6. & lib. 2. cap. 3.* Hic Consentiam fundavit, ut tradit *Pater Sambiasæ Consentinus Ordinis Prædicatorum Magister in suo libello ubi tractat de familiis Consentinis.* Bentefio, postea Brundusio, nomen dedit, ut scripsit *Diocles in mutatis nominibus Urbium.* Et etiam cuidam Calabriæ parti dedit nomen Bretticæ, & ipsorum Rex, ac Princeps institutus fuit; cujus nomen in denario signabant hac græca inscriptione *Βεττιλω Βρετταν*, vide *lib. 1. cap. cit.* nam ut opinari licet, græca lingua, & for-

tasse etiam barbara, idest Lucana utebantur, quod Brettii populi, Lucaniæ, scilicet Basilicatæ, finitimi essent.

Fuit Hippona, quæ Dea erat, quam stabularii maximè colebant, ejusque effigies in stabulis loquebatur. *Apulejus lib. 1. Metamorph. Respicio pilæ media, quæ stabuli trabes sustinebat. In ipso enim meditullio Hippana Dea simulacrum residens adicula, quod accuratè corollis roseis quidem recentibus fuerat ornatum. Quia Hipponenses rosas præcipuè, ut lib. 1. cap. 12. diximus, in Dearum honorem utebantur. Rosas ipsi attribuerunt ad exemplum Proserpinæ. Lævenal. Satyr. 8.*

jurat
Hipponam, & faciles olida ad præsepia pictat.

Hippona hæc, nomen accepit ab Hipponio sua Patria. Vide Hipponii ethymologiam *lib. 1. cap. 8.*

Fuit & Scrimbia, quam putarunt antiqui Nympham fuisse, idest aquarum Deam. De qua *Ioannes Paulus Lazarus in suis manuscriptis, ait;*

*Scrimbia Nymphæ sui quondam clarissima mundo,
Et nunc perspicuus fons venerandus era.
Iuppiter, exitium cernens me flere meorum,
In fontem versit, nomine stante meo.*

Vide *lib. 3. cap. 3. vers. med.* ubi de aquarum scaturiginibus locuti sumus.

Fuit & Charondas legislator, de quo *lib. 1. cap. 11.* mentionem fecimus. Hic Hipponium relinquens, quia propter crudele templi Cybalis ædificium mortem timebat, Phoeniciam profectus, ibi Civitatis Tyrii Princeps appellatus est, quam deinceps, cum assiduis seditionibus laborare videret, ut sepius in foro certareturque ad sanguinem, legem tulit, ne quis cum ferro in concionem prodiret, quod si quis fecisset, capitis poena damnaretur; fortè accidit, ut hic in agros proficiscens cinctus gladio esset, & cum inde domum rediret, subito in dicta concione, sicut erat, in eam processit, non studiosè, sed oblitus se cum telo esse; cum igitur à proximo, solutæ à se legis suæ, esset admonitus. Idem ego illam, inquit, sanciam, ac proinus ferro, quod habebat,

bat, districto incubuit, ne quid contra legem per se factam esse videretur, sed ex omni parte iustitia servaretur. Et quamvis aliqui alibi natum ipsum dicant, tamen mendosè hoc scribunt; & ne mendacium dicere viderentur Cybali templum tacent.

Fuit & Pestanus Vibonensis dictus, Philosophus, Poeta, & Orator eruditissimus, quem *Macrobius Saturnaliorum lib. 6. cap. 4. circa med. pag. mihi 482.* adducit in verbo transmitto pro transeo, & in verbo defluo, sic dicens: *Pestanus Vibonensis sic instr: Pedibus equos transmisimus: quod est transivimus. Quam tota cohors imitata, relictis ad terram defluxit equis.* Scripsit Pestanus libros multos, & etiam de ventis.

Fuit etiam & Marcus Marius eloquentissimus, de quo mentionem facit Cicero in *C. Verrem lib. 5. orat. X. pag. mihi 280.* dicens: *Cum ad te Valentini venissent, vide lib. 2. cap. 1. & 2. & pro his homo disertus, & nobilis M. Marius loqueretur, ut negotium susciperes, ut cum penes te prætorium imperium, ac nomen esset, ad illam parvam manum evincendam, Ducem te, Principemque præberes: non modo id refugisti, sed eo ipso tempore, cum esses in littore. Tertia illa tua, quam tecum deportabas, erat in omnium conspectu. Ipsi autem Valentini, ex tam illustri, nobilitate municipio, tantis de rebus responsum nullum dedisti; cum esses cum tunica pulla, & pallio.* Et hoc tunc accidit, quando Cajus Verres erat cum Romanorum militibus in littore Vibonensi. Et tunc Vibonenses, ut ait *Livius*, libentius agri depopulationem, Urbisque terrorem pati, quam à Romanorum fide discedere voluerunt; hinc Cicero in supradicta oratione *C. Verrem* reprehendit. Senatusque postea hoc percito. *Sexto Pomponio legato cum viginti quinque longis navibus Vibonensem agrum, maritimamque oram Italiæ tuendam attribuit, ut idem Livius subdit.*

Tandem permultos utriusque sexus Heroicos homines ex Hipponio ante Christi adventum extitisse opinandum est, sed scriptorum incuria, aut fortasse dolo derelictos, aut aliis Civitatibus, & Provinciis, præsertim Calabriae finitimis attributos. Atque ita fit ut certi maligni, ac perversi homines, sua, suorumque civium, aut aliorum probra, & ignominias (tanta est horum in Calabrum nomen iniquitas, & invidia) malignè, ac perperam Calabris ascribant. Contra verò Calabram gloriam, clarosque, & doctrina, & sanctitate Calabros viros, suis, ac aliorum regionibus,

bus, ac Civitatibus tribuunt. Cassiodorum Calabrum hominem in Apuliam; Divum Thomam cognomine Aquinum, itidem calabrum hominem, in Frentanos Samnii partem, vel in Neapolitanam Civitatem; Stesicorum Poetam, calabrum & ipsum hominem, in Siciliae insulam; Augustinum Nipham, calabrum quoque hominem, Sinnessam repetunt, Raphael Voloterranus D. Franciscum de Paula Siculum scribit, Franciscus Mauronicus homo Sículus, in Martyrologio, ubi septem Martyres Minoritæ Calabri homines, pro Christi fide occubuerint scribit, sed cujates fuerint, subtaçet; Beatum Phantinum Calabrum hominem, quasi Julia lege repetit Syracusas. Quidam veteres Latinos Authores emendare existimantur. In 3. *Ciceronis de Orat. lib.* locum quendam secus ac res est legunt. Nam cum Philolaus Architam doctrinis instituisse, locum illum immutarunt, quasi Architas Philolaum instituerit, cum ibi Cicero primo rectum, inde obliquum casum, idest primo præceptorem, inde discipulum ponat, sic. *Lyfias Æpaminundam, Xenophon Agefilaum, Philolaus Architam, Pythagoras Italiae Græciam.* Fuit quidem Philolaus Pythagoræ auditor; Architas verò Platonis tempore, qui Pythagoram non vidit.

Alii, sive errore, & incuria, sive quia sola Calabria initio Sicilia, & Magna Græcia, & Italia dicta est: Undè etiam num. Rex, qui Calabriæ, & Trinacriæ Insulæ, quæ nunc Sicilia dicitur, dominatur, utriusque Siciliae citra, & ultra pharum Rex cognominatur. & Innocentius III. ad Consentinum Episcopum scribens, Consentinam Ecclesiam unam ex antiquioribus Ecclesiis Regni Siciliae esse ait. Res, Urbesque calabras, necnon Calabros etiam, & doctrina, & sanctitate, & dignitate claros homines, patrium solum reticentes, confusè, & indistinctè, aut sub Siciliae, aut sub Græciæ, aut sub Italiae nomine scribunt. Cæterum nequaquam quid rectè; nam nemo sua propria laude est fraudandus, seu unicuique regioni, Civitati, Pago, homini sua propria laus; omni similtate, atque invidia posthabita, est tribuenda: Et ubi Siculi, ex Calabria exacti in Trinacrium transmittere, eaque Sicilia dici cepta est, & Italiae nomen ex Calabria Alpes usque manavit, & Calabria, quibusdam locis exceptis, latina facta est, neutiquam amplius calabræ res confusè, & indistinctè, Urbis, ac loci nomine sublato, sub Siciliae, & Græciæ, & Italiae nomine scribendæ sunt.

Ste-

Stephanus Bizantius in *lib. de Urbibus*, *Myrtiam Calabriae Urbem*, Samnii esse dicit; Scylleum verò, & Metaurum, & Lagariam, & Postropeam calabras Urbes, Siculus scribit. Multas insuper alias Calabriae Vrbes, ut Acram, Crimissam, Macallam, Morgetiam, Peteliam, Sybarim, Taurianum, Themefam, Terinam, Reatium, confuse, & indistinctè Italiae urbes scribit. Item quidam Leonem II. & Agathonem, & Stephanum III. sive IV. Comanos Pontifices, Calabros homines, Siculos scribunt. Joannem XVI. sive XVII. Romanum Pontificem, gente Calabrum, patria Rossanensem, lingua Græcum hominem, Græcum gente fuisse omnes perhibent, sed ex qua Græcia, orientali, an occidentali, idest ex Calabria, & ex quo Oppido is fuerit elucidat nemo eorum, qui vitas Romanorum Pontificum scribunt: Cum, ut ostendi *lib. 1. cap. 7.* Calabria à Græcis habitata Magna Græcia appellata fuerit, & Rossanensis Ecclesia ab hinc centum paulo plus annos latina facta est. Extant etiam num in Calabria Divi Basilii, & Virorum, & Mulierum Cœnobia pleraque, qui mysteria græco sermone, ac ritu peragunt. Quin etiam Oppida sunt non pauca græca, & in horum agris Pagi complures græci, & Oppidani utraque lingua græca, & latina utuntur; Sacerdotes verò rem divinam græca lingua, græcove ritu faciunt. Quare haud dubio censendum est, & Thelesphorum, & Dionysium Monacos, & Antherium, & Zosemum, & Joannem VI. & Zachariam Romanos Pontifices, lingua græcos homines, quorum patrium solum scriptores, sive per ignorantiam, sive potius per malitiam subtercent, occidentales Græcos, idest Calabros fuisse. Vtique credibilis est græcos Calabros, utpote in Italia natos, quorum vita, & doctrina nota erat Romanis, potius Romanos Pontifices elegi, quam Græcos orientales, in longinquis partibus ortos, ut jam de Philologo Rossanensi homine, lingua græco, Joanne XVI. sive XVII. dicto accidit. Græciæ orientalis, & ulterioris Siciliae, hoc est Trinacriæ res memorata dignas apertè, & distinctè scribunt, Calabriae verò non item. Arbore enim dejecta quisquis lingua colligit. Adde, quod nec defunt, qui libros, etiam à Calabria eruditicis viris compositos sibi attribuentes, nomine suo foras dederunt.

Nunc, ut undè digressa est redeat oratio, scribentur qui post Christum sanctitate claruerunt; deinde qui disciplinis. Sed pri-

primum hi sunt scribendi, qui sanctitate, & antiquitate cæteros, quorum notitiam habemus, antecellunt. Scilicet Sanctus Christophorus, Sanctus Leolucas Abbas, Sanctus Euthimius, & S. Theodorus Divi Leonislucæ successor, omnes inter Divi Basilii Magni filios a scripti.

Christophorus Abbas insignis Monasterii Vibonenſis sub titulo B.M. Virginis ad Nives, in eadem Civitate natus est, sicut & cæteri supradicti, Sancto Leoluca excepto, ut infra in suis lectionibus dicitur; qui quamvis Carilione in Sicilia (quod iudicio alicujus Authoris Siculi inventum) secundum carnem natus sit, tamen Vibo eum cælo peperit, dum ibi à Christophoro in Monachorum numerum susceptus est, qui causa S. Leonislucæ adveniens cognita, eundemque intelligens esse, quem eadem nocte veluti stellam ad suos pedes currentem in somnis viderat, habitum suæ religionis illi concessit.

Deinde circa annum Domini 880. Sanctus Christophorus Abbas, & Sanctus Leolucas ejus discipulus, Monasterium, quod *P. Gaetanus Societatis Jesu tom. 2. fol. 80.* vocat inſigne, in Oppido Venæ nuncupatum, quod hodiè est Montisleonis Casale, & dicitur la Vena, vide *lib. 3. cap. 3. in fin.* à fundamentis ædificarunt, eratque miræ pulchritudinis, & amænitatis locus, in quo Vir Dei Christophorus senio confectus in Cælum evolavit, cujus corpus honestissimè curatum cum psalmis, & hymnis decenti in loco fuit depositum, relicto in Monasterii regimine Sancto Leoluca ejus discipulo. Hic, sicut & S. Christophorus, utriusque Monasterii, scilicet Vibonis, & Venæ Abbas fuit, & cum octogessimum monasticæ professionis ævum attingeret, ætatis verò centesimum, clarus meritis, ac miraculis, prophetiæ lumine diem extremum prævidens, convocavit congregationem Monachorum, qui supra centum in Vibone excedebant, & sub B. Leonislucæ disciplina veluti terrestres angeli vivebant; accersit inter eos S. Sacerdotem Euthimium, ac Theodorum quendam miræ simplicitatis, atque innocentie Monachum, coramque his ad universos fratres in hunc modum locutus est. Filioli mei charissimi, tempus resolutionis meæ instat, & Domui Dei cogor prospicere; ergo Frater Theodore, filiorum quos dedit mihi Deus, Pastorem, officiique nostri hæredem facio; tu supra commissum tibi gregem vigila, neque animo sub tanto pondere deijcias, auxilium enim omnipotentis Dei, & consilia fratris tui Euthimii

te

te adjuvabunt. His peroratis, noctem totam præsentibus Fratribus pervigilem in oratione traduxit: Crastino surgit è lectulo, & gressu suo se in Ecclesiam tulit, & cum incruento missæ sacrificio adfuisse, sacrosancto se Christi corpore, ac sanguine tãquam viatico recepto, munivit. Tum universis ad osculum pacis admisit, ac ad pacem, charitatem, & regularem observantiam hõrtatis, inter psallentium fletus Monachorum, & expectantium Angelorum choros Sanctissimi Viri Leonislucæ Abbatis anima, sub horam sextam de corpore egressa, recipitur in cælum: circa annum 915. vel ut alii placet 915. die prima Martii, tantaque repente suavitas odoris oborta est, ut odoramentorum omnium vim nova, atque insolita fragrantia superaret. Sacrum ejus corpus in cœde B. Dei Genitricis Mariæ, apud surgentes reliquias Hipponii, *vid. lib. 3. cap. 4. §. 1.* & parte qua primum ejus cœlla fuerat, in novo reparato latere Ecclesiæ circa septentrionem, summo cum honore, ac reverentia positum fuit. Quod usquedum minimè inveniri potuit, sed in ~~ejusdem Sancti Templo~~, (olim Divi Basilii Cænobio ut dixi loco citato) nunc Ecclesia mater vocato, latet, ejus festum Monteleone (demptis Casalibus, quæ ad Abbatialem jurisdictionem pertinent, *vid. lib. 2. cap. 10.*) est de præcepto, quia ibi præcipuus Patronus est. Hic hymnus à Sacerdotibus Matricis canitur.

Ad Divum Leonem lucam Civitatis Montisleonis Patronum, & Protectorem fidelissimum.

Hipponii Cives currite,
Linguis, & mira plaudite;
Leonislucæ glorias
Cunctis narrate populis.

*Hic ab arumnis omnibus
Patriam nostram eripuit;
Custodis atque protegit
Ab ira Cæli precibus.*

Tu

*Tu vigil custos amove,
 Patrone fidelissime,
 Pestis venena, ac bellicam
 Dyram furorem cobibe.*

*Tu famis monstrum attere,
 Tu terramotus inbibe
 Nostris à muris, noxium
 Ne quid ferant Concivibus*

*Urbes nam Pagi, & Oppida
 iam corrueere funditus;
 Monsleo tot inter funera
 Tua stat ope incolumis.*

*Fulgur, tempestas, crimina
 Procul à nobis exalent,
 Altitonantis fulmina
 Votis precamur arceas.*

*A te pelluntur Demones
 Signo crucis ad tartara;
 Morbosque cunctos protinus
 Tua fugat presentia.*

*Tu cuncta redde prospera,
 Tu mala cuncta vacua;
 Pacis aeterna premia
 Tuis devotis impetra.*

*Te deprecamur supplices
 Deus noster Omnipotens
 Leonisluca meritis
 Concede nobis gratiam. Amen.*

Y. Ne reminiscaris Domine delicta nostra.

R. Neque vindictam fumus de peccatis nostris.

Y. Domine non secundum peccata nostra facias nobis.

R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.

Y. Adiu-

V. Aduva nos Deus salutaris noster.

R. Et propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris.

V. Exurge Christe adiuva nos.

R. Et libera nos propter nomen tuum.

V. Domine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

O R A T I O :

Avertatur, obsecramus Domine, furor tuus à populo tuo, & à Civitate ista tua, ut per merita, & intercessionem Gloriosæ Virginis Mariæ, Sancti Leonis lucæ Abbatis, Protectoris nostri, & omnium Sanctorum quiescat ira tua Deus, cessentque terræmotus; & flagella, que moramur, à nobis averte; ut qui iuste pro peccatis nostris affligimur, pro tui nominis gloria misericorditer liberemur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.



OFFICIUM
S. LEONIS LUCÆ
ABBATIS.

*Celebrandum die prima Martii, ad usum
Civitatis Montisleonis, & Dioecesis
Militensis.*

Officium sic Duplum cum octava Montisleonis, nisi venerit in
Quadragesima. In Dioecesi tamen Militensi sine octava, ex
præcepto Synodali Eminent. D. Cardinalis Ausculani, ac Episcopi
Militen.

Omnia de communi Confess. non Pont. præter hic posita.

O R A T I O.

Intercessio nos quæsumus Domine Beati Leonis Lucæ Abbatis
commendet, ut quod possibilitas nostra non obtinet, ejus no-
bis intercessione donetur. Per Dominum &c.

*In I. Nocturno, Lectiones de scriptura occurrenti. Si verò
venerit in Quadragesima, Lectiones sumantur de eodem communi.
Beatus vir, qui inventus est sine macula.*

I N II. N O C T V R N O.

Lectio IV.

Leolucas Corilione in Sicilia, honestis, ac piis Parentibus,
singulari Dei munere natus est, cum etenim multos annos
in matrimonio sine prole vixissent, precibus ad Deum fuis, hunc
tandem filium susceperunt, quem in timore Domini educantes,
do-

domesticæ rei curæ manciparunt, ac de armentis, & gregibus ovium, quos Patris iussu custodiendos curabat, à Domino, ut aliter David sublatus est pascere gregem suum. Parentibus enim, viam universæ carnis ingressis, patria quoque, & paterna hereditate spontè se abdicans, divino afflatus lumine, insigne S. Philippi Monasterium, quod est Agyræ, adiit, ibique magnum pietatis specimen præbuit.

Letitio V.

EX eo Monasterio, hortatu Sancti Senis, qui, tonsa capitis ejus coma, clericali militia, illum aggregaverat, Romam, cum multa ieiuniorum abstinence, & cordis contritione ad Sancta Beatissimorum Apostolorum limina, apostolico more, neque peram, neque sacculum, neque pecuniam circumferens peregrinatus, eorum sepulchrum multis orationibus, ac lacrymis veneratus, in ~~Catabriam ad Monasterium~~ prope Montisleonis Urbem situm, Spiritu Sancto ducente, se contulit; ubi à Christopharo eius loci Abbate, qui à Domino de eius adventu admonitus fuerat in Monachorum numerum susceptus, tantam deinde sanctitatis famam acquisivit, ut brevi post tempore in demortui Abbatis locum, curamque successerit, ea in administratione ita Domini vineam excoluit, ut familiam, super quam à Domino constitutus fuerat recenti semper sobole auctiorem redderet, ut centesimum Monachorum excederet numerum.

Letitio VI.

INterea multa per eum Deus miracula edidit, nonnullos enim oleo lampadis, signo crucis impresso in nomine Domini nostri Jesu Christi perungens, mirabiliter sanitati restituit; alios à Dæmonibus vexatos liberavit. Cum tempus resolutionis suæ instare sentiret, diem obitus sui Pratribus prædixit, in templum, propriis insistens vestigiis, ingressus, missæ sacrificio interfuit, ac sumpta Eucharistia inter psallentium filios manus, ac fletus, quos ad pietatem, & pacem oratus est, octogesimum vocationis suæ annum cum ageret, vitæ verò centesimum, ad præmium evolavit in Cælum Kalendis Martii, summa in omnes, qui aderant, odoris suavitate diffusa. Corpus in Ecclesia S. V. in eo loco, ubi S. Viri

cella extiterat, sepulchro conditum est, quod in hunc usque diem hominum concursu, & miraculis celebratur.

In III. Nocturno, Homilia super Evang. Ecce nos reliquimus omnia &c. de communi Apostolorum.

Missæ, Os justî meditabitur &c. de communi Confess. non Pont. pro Abbatibus.

De aliis Viris illustribus, qui sanctitate, ac literis floruerunt prædictæ S. Basilii Religionis, in tota Calabria, ac præsertim in Dioecesibus Vibonen. deindè Militen. Hieracen. Reginen. Squillacen. ac Rosfanen. ac de Monasteriis ab eisdem fundatis, nimis longa describenda esset Historia; sed quia nulla habetur notitia, an aliqui eorum fuerint Cives Vibonenses hîc non describuntur.

Fuit Beatus Angelus Ordinis S. Francisci Minorum de Observantia, qui paupertate, & mundi contemptu fuit singularis, & Deo ita charus, ut, dum extremum claudebat diem, personam Sanctorum Fratrum comitatu associatam, & magno cum lumine advenientem, videre meruerit. Deindè Spiritum Deo redens, cum ipsis ad Cælum evolavit, ut tradit *Marcus de Lisbono part. 2. lib. 6. cap. 30. num. 56.* relatus à *Martyre in Hist. Calab. non dum impressa*, quæ Romæ in Conventu S. Francisci de Paulæ Provinciae Calabriae conservatur, ubi Martyre cit. moritur, & sepellitur.

Fuit & B. Antonius ejusdem Ordinis. Hic confessor extitit ita modestus, ut nunquam auderet mulierum facies inspicere. Tandem spiritu prophetico, & miraculis clarus die 17. Novembris migravit ad Dominum. *Martyre citatus.*

Fue-

Fuerunt D. Silvius Badolato (quem *Martyris manuscripto* Scipionem vocant) Carthusianæ Religionis, qui edidit commentarios in Epistolas Divi Pauli, recõdita eruditione refertos. D. Antonius Mazza, quorum elegia à D. Innocentio Celentano de Neapoli ejusdem Ordinis habuit *R. Presbyter D. Paulus Gualtieri lib. 1. de Sanctis Calab. pag. 440.* quæ extraxit Celentanus ipse à quodam *manuscripto*, ubi vita de viginti quinque Viris Illustribus Carthusianæ Religionis continebatur. Et Beatus D. Joannes Mazza ejusdem Ordinis, vir sanctimonia præditus, cujus meminuit *Antonius Summonte, P. Cropani, & Guakieri citat. cap. 80.*

Item & Venerabilis Hieronymus Ordinis Discalciatorum S. Augustini, vitæ sanctimonia clarus. Panormum in Controhorum Congregatione per aliquod tempus habitavit. Deindè Romam petiit, ubi virtutibus omnibus ita mirabiliter profecit, ut piissimus cunctorum oculis appareret. Ibidem obiit anno 1624. in Conventu S. Augustini, sepultusque fuit in cappella Sanctorum Petri, & Pauli. Deindè tabellis plurimis votorum causa à populis ejus sepulchrum, decoratur, quæ tamè post Urbani VIII. decretum, quod generaliter hæc prohibet, ablatæ fuerunt. *P. Torrelli in suorestricto. Centuria 6. cap. 65. num. 3.* relatus à *Martyre citat.*

Fuit Pater Joseph à S. Gregorio nostræ Urbis Pago, Ordinis Cappuccinorum, cujus mirabilem vitam scripsit *P. Cropani* in libro non dum impresso, cujus titulus; *Calabria Santa.*

Fuit & P. Chrisostomus, ejusdem Galalis, & Ordinis. Hic magno virtutum splendore in Religione eluxit; corpus & animam ab omni impuritate custodiebat. Carnem jejuniis, & vigiliis macerabat, mentem divinis contemplationibus exercebat. Eum sapius in oratione secreto pernoctantem plurimi observant cœlesti, ut creditur, lumine circumfusum, quo eum Deus cæteris manifestabat, qui se se tanto stultio omnium oculis subducebat. Sæpè etiam cum oraret, maximè sumpto Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento, spiritu in Deam elevatus, ac cœlestium contemplatione raptus, immobilis permanebat. Quapropter humani generis hostis varijs eum contumelijs, ac verberibus à proposito dimovere conabatur, quem tamen ille imperterritus semper elusit. Multis miraculis, & vivus, & mortuus floruit servus Dei.

Dei. Claudum fanitati restituit . Cum Polistina ad imaginem Crucifixi ipse oraret, Crucifixus eum alloquitur , & hoc idem obtinuit à S. Maria sub Gratiarum invocatione. Denique meritis elatus migravit ad Dominum Polistinae anno 1695. Ejus corpus, dum à sui Ordinis Religiosis communi inferebatur sepulturae, Fratres concurrente populoso multitudinis confluxu., scorsim autiori loco , ne dilaniaretur in partes, cohonestandum decreverunt, piis fidelium manibus servi Dei vestium particulis decerpentibus, undè per tres vices illum vestibus induere coacti sunt. Multis à Deo ejus intercessione deindè patratis miraculis , & applicatis vestium particulis , infirmos integræ fanitati restituebat; & inter cætera, mulierem, quæ ejus habitus particulam obtinuit, à fluxu sanguinis trium annorum liberavit.

Item Frater Hieronymus, Laicus ejusdem Ordinis , & loci, vita exemplari, & conscientia admirabilis . Hic, quando fratres Cappuccini ad novam sacram Aedem habitandum, *vid. hic cap. 4* §. processionaliter profecti sunt , crucem deferebat : Deindè per S. Dominici Conventum transeuntes , Hieronymus ipse sollicitam, anticipatamque sui Cõventus absolutionem Fratribus Prædicatoribus, de hoc ipsum interrogantibus, Divino forsitan afflatu, prædixit . Tandem senio confectus Monteleone obdormivit in Domino post centesimum , & unum suæ vitæ annum . Ejus vita inter sui Ordinis annales descripta, brevi tempore imprimetur.

Et Frater Franciscus Rafaele à Piscopio , nostræ Urbis Pægo, ejusdem Ordinis , vir integerrimæ vitæ , ac in animarum commendatione assiduus, & singularis. Hic cum matre vidua, occasione secundarum nuptiarum Pizzonem incoluit, ibidem educætur , à quo deindè cognomen accepit ; hinc Pater Pizzone communiter vocabatur. Sicut vixit moritur, & Monteleone animam Deo reddidit die 22. Aprilis 1709. Cujus vestes civium devotio, etiam propriis manibus in frustra dividens, conservare satagebat.

Fuit Pater Thomas Monteleone Lector Ordinis Prædicatorum, nobilis Terrænovæ. Hic die 12. Februarii 1635. natus est, deindè , æternum pertimescens naufragium , ad præfatum Ordinem, tutum salutis portum anno 1651. confugit Suriano, ubi religioso habitu donatus, in virtutibus omnibus ita profecit, ut successu temporis in Lectorem , & Novitiorum Pedagogum simul eligi

eligmeretur. Ibiq̄, die antecedenti ad terræmotum, peragens cum suis Novitiis de brevitæ vitæ, quis, ferè suæ mortis præsigium, nobis pro certo pollicetur hæc eadem in nocte terræmotum minime eventurum, sicut sæpè præteritis evenit temporibus. Deinde, nocte sequenti, terræmotus ille irruit, totius Calabriae flagellum, quod non evadit Surianense Cœnobium. Ibi dem lapidibus obrutus inventus est venerabilis servus Dei Vincentius aspero cilicio, quem semper gerebat, cintus. *Martyris cinctus in suis manuscriptis.*

Pariter P. Carolus Riceputo Societatis Jesu, qui prædicandi Evangelii gratia Insulas Philippinas profectus est, ubi spiritum Deo reddidit.

Fuit Pater Franciscus Solaro, prius D. Dominicus dictus, qui pietatem erga Deum, & B.V. cum nutricijs lacte ita hausit, ut totam pueritiam, & adolescentiam in cœlestium contemplatione transigeret. Hic tam simplex fuit, ut illum alterum Iob Patriarcham, aut simplicissimum Paulum Divi Antonii Abbatis discipulum iure diceret. Futuræ sanctitatis tyrocinia in tenera adhuc ætate, mirifice exercuit, totus divino cultui, susceptioni Sacramentorum, & sacris visitandi ædibus intentus. In subveniendis pauperibus fuit admirabilis charitatis, ita ut eos, nedum plurima beneficentia pecunias sæpè sæpius, sive à suis, sive ab amicis suppliciter ad hunc finem quærendo iuvit, sed eos non interdum propria inducibat veste. Presbyter factus, eximia pietate, ac devotione omnibus exemplo fuit. Sacrum verb faciens, vix credi potest quot scrupulis anxibatur; quod ego ipse propriis oculis vidi, dum adhuc adolescens, non sine gaudio, ipsius sacro quocumque ministrabam. Religionem Reformæ Ordinis Minorum de observantia S. Francisci complexus, cepit exindè maximis clarere virtutibus. Nihil eo dimissius, nihil modestius, ita ut nec etiam ad suas conspiciendum cōsanguineas oculos elevarèt: Hinc mulierum consuetudinem haud secus, ac lethale virus, aut aspidem fugiebat. Cum talis, tantusque Dei miles evassisset Franciscus, hostis humani generis variis tentationibus ipsum aggrediebatur, quas ieiunio, & oratione vincebat. Quem ita contempsit, ut etiam in sæculo existens Dæmonem feminea figura in proprio lecto sibi apparentem, nudus tempore hiemis in pavimento volutatus, expulerit. Novum vitæ genus professus, novo ardore sanctum pietatis, ac religionis exercuit. Regula, & sacramentum

asticutionum observantiam ita coluit, ut earum nec iota, nec minimum apicem præteriret: Obedientiam, & humilitatem ita servavit, ac si ex infima plebe ad Religiosum statum convolasset. Superiorum, ac præsertim Confessarii iussa summa animi demissione excipiebat. Abiectissima quæque Cœnobii ministeria ultro, & alacriter obibat. Ægrotudines, calumnias, ac irrisiones, æquo, hilarique animo, ac summa simplicitate sustinebat. Quamobrem, Dei ope diabolicarum tentationum expers semper fuit. Virginitatem perpetuè coluit, ac quo facilius carnem spiritui subditam contineret se se orationibus, vigiliis, & ieiuniis affligebat. Clavit etiam spiritu prophetico, undè imminentem sibi obitus diem in ultima sua ægrotudine Fratribus prænuñciavit, Tandem meritis, & virtutibus onustus migravit ad Christum ipsa vigilia Assumptionis Deiparæ, in quam singulari pietate, ac devotione, ut dixi, fervebat anno 1701. Multis post mortem miraculis claruit. Inter quæ illud clarissimum memoratur, quod quædam mulier crypilate laborans, ita ut facies eius deformis cunctis appareret, habitus venerabilis Francisci frustulum sibi applicans, ipsum invocando, integerrimæ valetudini statim servus Dei ipsum restituit.

Fuit & Venerabilis servus Dei D. Dominicus Schinol. Is à teneris annis futuræ sanctitatis indicia præbuit. Deindè ad sacrum Presbyteratus ordinem ascendens se omnium virtutum exemplar exhibuit. Dæmonum suggestionem apud sanctam inquisitionem illum maligni aliqui detrahentes, ab ipso sanctissimo tribunali ad Episcopum Lyciensem D. Aloysium Pappacoda loco carceris missus fuit. Ubi eius innocentia, & sanctitate perspecta magno in honore, & ab ipsomet Episcopo, & à Civibus habitus, omnes optimates, non modo populi, maxima eum oratione prosequerentur. Patientia, humilitate, abstinentia, cæterisque virtutibus mirabiliter enituit. Gratia contemplationis admirabilis in eo fuit, ita ut sæpè in hestasi raperetur: Et Sancti Orontii primi Episcopi Lyciensis, & Martyris, ac Sancti Fortunati Episcopi secundi ejusdem Civitatis, & Martyris ab Apostolo Paulo ordinatorum, & etiam S. Iusti visione sæpissimè recreatus, multa de ipsis Sanctis, populo Lycienti penitus ignota, revelavit. Ibi etiam ipsorum Sanctorum festivitatem, de quibus penitus ulla habebatur cognitio, introduxit: quæ haud facile dictu quanta pompa die 26. Augusti celebratur. Dæmonis artes,

ten-

tentatione sine oratione vicit; illum etiam Sancti Orontii figura sibi pluries apparentem; Divina virtute fugavit. Ad propria de-
 mum reversus Monteleone, in honorem S. Orontii Ecclesiam
 construxit. His, & aliis præclarè gestis, virtutibus, & meritis cum-
 mulatus die 6. Augusti in Terra Philocassii, quæ à Monteleone
 mill. pass. sex distat, migravit ad Dominum anno salutis 1662.

Fuerunt Joannes Laurentius de Francisco, Nobilis Genuen-
 sis; Orlandi, ac Tullia Bisogni, sororis U. J. D. Cæsaris Bisogni,
 de quo hic mentionem faciemus, filius; necnon quidam de fa-
 milia Attisani, cujus nomen ignoratur. Hi mundi delicias relin-
 quentes, ac heremum cum Ecclesia S. Mariæ de Portu salvo, jux-
 ta Vibonis portum, *vid. lib. 1. cap. 10.* Proserpinæque celeberrim-
 um templum, cujus vestigia tantum fodientibus apparent, *vid.*
lib. 1. cap. 9. suis expensis à fundamentis erigentes, vitam eremi-
 ticam elegerunt, ibique sanctè vixerunt, & in Domino mortui
 sunt. Post eorum obitum Abbatia Sanctissimæ Trinitatis, do-
 mum cum Ecclesia, & proventus, ab eisdem relictos, hæredita-
 vit.

Item & Pater D. Alexander Attisano Cruciferus, ejusdem
 Heremitæ pater, ut in arbore hujus familiæ diximus. Obiit Ge-
 nus sanctitate refulgens.

Fuit & Andriana Tomarchello, quæ adolescens institutum
 S. Claræ in Squillacensi suscepit Monasterio; deinde anno 1610.
 ad illud Civitatis Briatici, nuper fundato, translata. Venerabilis
 Andriana, ibidem Abatissæ munus per annos triginta exercuit,
 necnon & novas Moniales ad omnem verbo, & exemplo sancti-
 moniam efformabat. Tunica lanea utebatur ad nudam carnem, &
 vestibus induta dormiebat. Tandem durioris penitentiæ labori-
 bus fracta in morbum incidit, sacrisque mysteriis ritè expiata, mi-
 gravit in Cælum.

Fuerunt Anna, Catharina, & Genuysa Fonte, sanguine ger-
 manæ, ac in eodem Monasterio sorores. Hæc dum animam Deo
 reddidit, Franciscus Lombardo, nobilis Briaticensis, magnam su-
 pra ejusdem servæ Dei cællam vidit splendescere lumen. Catharina
 in charitatis, ac pietatis officia sedula incumbebat leprosæ monia-
 li per quatuor annos humiliter serviendo. Anna nudis tabulis
 cubabat. Omnes tamen diversis pœnitentiæ generibus fuerunt
 insignes. Floruerunt post Christi ortum sæculo sexto decimo.

Item Ioanna Ferrante in eodem Briaticensi Cœnobio Monialis, paupertatis rigidissima custos, unica tunica; qua nulla deterior esset, contenta erat; hinc S. Franciscus Assisienfis apparuit ei, & sibi gratissimam, ob ejus paupertatem appellavit. Denique, eodem sæculo, hora qua prædixerat migravit ad Dominam mirabili visione S. Angeli custodis, & Jesu Christi præsentia confortata, quo tempore vocavit sorores, quibus, dum multos invocabant Sanctos, Serva Dei dixit, invocate Sanctum Antonium, quem precantes Moniales, statim efflavit animam.

Fuerunt etiam ibidem, & eodem ferè tempore Andriana, & Clara Attifano, sanguine, religione, sed magis religiosa observantia sorores. Prima corpus suum perpetuis jejuniis, flagellis, ciliciis, atque omni genere asperitatum in servitutem redegit; meruit etiam videre Jesum Christum Dominum nostrum. Secunda, abstinentia fuit singularis, per totam quadragesimam pane, & aqua reficiebatur; Dominicis tamen diebus parum cepæ ultra panem comedeat.

Pariter & nostris diebus Clara Marzano Francisci Pauli, & Prudentiæ Tomarchello Montisleonis Patriciæ filia, quæ cum esset annorum quindecim, Sororum S. Clæræ ejusdem Monasterii, unde complures sanctitate celebres, omni tempore, prodierunt, institutum amplexa est. Ibi corporis afflictione, & ægrotorum cura incredibili charitate se se exercuit. Elisabeth Satriano, inter cæteras, insanabili morbo ægrotanti, per quindecim annos inservivit, ut ejus pedem quatuordecim scruta quotidie exigentem, summa humilitate medebatur, eiusque sordes, ulcera propriis tergebat manibus. Jejuniis summo opere addicta, dum juventutem agebat, integras quadragesimas dietim, vel solo pane, & aqua, vel sine jusculo victitans, cæterisque commestibilibus abstinens transiit. In refectorio humi prostrata comedeat. Legumina aqua, vel cinere, vel aliquo hujusmodi condiebat. Carnes à Monasterio sibi datas pauperibus erogare consueverat. Omnium virtutum, quæ Claram Deo acceptam, & sororibus venerabilem reddiderunt solita basis fuit præstantissima humilitas, adeo profundis radicibus fixa, ut in omnibus verbis, & operibus eius eniuerit, Cœnobio servilibus officiis iugiter occupata ad abiectionem quæque se demittebat. Sui contemptum perpetuo studio quæsit: Hinc innata sibi modestia, animique demissione Sororis titulum, tanquam indebitum, respuebat, supplicans non so-

forem

rorem Claram vocari, sed Claram. Iniurias, & derisiones etiam, ab ancillis sibi illatas, non solum æquanimitè, sed etiam cum gaudio excipere solita erat. Tribus annis ante sui obitum vidit Dominum Christum, manibus arundinem, humeris purpuram, & spineam coronam capiti tenentem. Qui suam Sponsam ad patendum invitavit. Hæc, suo auxilio, omnia sustentatura respondit, & crucem ferendam sibi elegit. Christus Dominus deinde eam benedicens, evanuit. Nec se fellit eventus, sed omni sexta, feria crucem ponderis sexaginta minarum se ferre sentiebat; & per totam hebdomadam sanctam, ac passionis, necnon per omnes sextas Martii ferias, tantum erat pondus, quo sensibiliber torquebatur, ut nisi Deus minuisset, brevi se crederet morituram. Et deinceps humero curvo gradiebatur. Hanc gratiam amantissimus Dominus nova gratia cumulavit, ut ad cuncta Cœnobii servitia intervenire potuisset, licet supra sexagesimum quintum attigisset annum. Hoc sibi advenisse Dei famula Confessorio suo D. Antonio Lombardo S. Marci Abbati in ultima sua ægritudine, feria quinta in Cœna Domini, post extremæ unctionis susceptionem retulit. Denique vitæ suæ finem jam proximum prospiciens, omnibus ecclesiasticis sacramentis communita, salutata ad eius petitionem Deipara per Antiphonam, *Regina Cœli letare &c.* die 16. Aprilis, quæ fuit Dominica Resurrectionis, circa auroram, migravit ad Dominum anno salutis 1702. Eius corpus candidum, & caro vivida, ac si esset annorum quindecim, evaserunt post obitum. Miraculis etiam claruit. Monialis quædam sacro cadaveri accedit, & ægrotum oculum cum illo defunctæ coniugens, integram sanitatem recepit. Puer etiam quidam gravi morbo affectus, ut eiusdem servæ Dei habitus frusto tactus, statim sanitatem adeptus est.

Hic ulterius progrediens, reliquum est, ut de cæteris illustribus Viris aliquid dicamus, & ab Ecclesiasticis incipiam, qui tanquam digniores præferendi sunt. Inter quos fuerunt ante Vibonæ destructionem & Adrianus. Joannes, qui interfuit Concilio Romano sub Papa Symmaco anno 499. Papinus, seu Papinianus, qui fuit in Concilio Romano sub Martino I. anno 649. Orestes, qui interfuit in Concilio Romano anno 680. Stephanus, qui interfuit 2. Conc. Nicæno sub Adriano I. anno 787. Omnes Vibonenses Episcopi, *vid. lib. 3. cap. 8. De quibus P. Cropani in*

Calabria illustrata, ubi de Monteleone.

Post translationem Episcopatus Vibonensis, *vid. lib. 2. cap. 5.* prius recensendus est tanquam omnium Eminentissimus Cardinalis Chrypus nepos Parulli, cuius frater Romam profectus, ibidem domum fundavit, procreavitque Tiberium, qui sacrarum literarum studio addictus, in ipsis sicut, & in philosophicis disciplinis ita profecit, ut Pauli III. gratiam promeruerit, unde S. R. E. Cardinalis circa annum 1540. ab eodem creatus est, ut *Plotius* refert. Nullus deinde fuit Christianus Princeps, cui Tiberii candor, morum, pietasque cordi non esset, ipsumque non diligeret. Tandem, meritis, & virtutibus clarus, laboribusque fractus, depositò carnis onere ad perpetuam foelicitatem evolavit.

Fuerunt Manfredus Giffonus anno 1311. confirmatus Episcopus, moritur deinde anno 1328. Et Antonius Sorbillus, electus Episcopus 26. Julii 1435. obiit anno 1466. Episcopi Militenfes. De quibus *Sinodus Diocesana* Octavii Paravicini Patrii Mediolanensis, ac Episcopi Militenfis, *Vide lib. 2. cap. 8.*

Unus etiam Episcopali Sedi Venusinæ in nostro Neapolitano Regno, sub Metrop. Ecclesiarum unitarum Acheruntina, & Materana sacrum jus dixit, v3. P. Frater Dionysius (*quem Bzovius* Dominicum dicit; *Pater* verò *Cropani in sua Calabria Illustrata*, & *Abbas Ioannes Baptista Pacichelli in sua Prospectiva Regni Neapolis* Blovium cognominant.) Sac. Theol. Doctor celebris Ordinis Prædicatorum. Hic à Martino V. qui probè hominem noverat, Venusinus Antistes renunciatus est Idibus Novembris anno à Virgineo partu 1416. Præfuit eximie annis duodecim, mortalitatem complens anno 1431. *Ughell. tom. 7. Ital. Sacr. relatus à Fontana in suo Teatro Dominicano tit. 625. fol. 319.*

Fuit Antonius de Paula, qui inter Antistites Cathacenses recensetur. Floruit tempore Regis Ferdinandi, ut apparet ex diplomate Regio, quod aservatur apud ipsos de Paula in eadem Civitate Cathacensi, vide capite antecedenti, ubi de hac familia locuti sumus.

Item, & Cæsar Nopari à Clemente VII. sui Pontificatus anno III. die verò 9. Aprilis 1526. ex Ordine Conventualium S. Francisci assumptus ad Episcopatum Nullatenensem sub titulo Civitatis Peræ, quæ à Constantinopoli quinque millibus passuum distat. Stemmata hujus Episcopi sunt arbor Pini cum tadic-

dicibus, & supra ipsum tres stellæ. Extabant in Conventu Montisleonis, cujus erat filius, duæ micræ, pileus, arca nuncis, & arcula avorii, ipsius monumenta. *Ex Cronicis, & traditione.* Hujus etiam meminit *Calabria Illustrata. Abbas Pacibelli, e Martyre supra cit.*

Pariter & Frater Joannes Augustino à S. Petro nostræ Urbis Pago ex Ordine Eremitarum S. Augustini assumptus ad Episcopatum tutelarem Civitatis Tagestæ, vulgò *Tagaste*, in Africa. Nam venientibus Piratis circa Montisleonis litem, matrem hujus Episcopi rapuerunt, quæ ob ejus pulchritudinem, dono ab ipsis Piratis data est Turcharum Tyranno, apud quem tantæ fuit æstimationis, ut non multum post tempus sui filii amplexus ab ipso Tyranno impetrarit. Hinc Turcharum Imperator literas Romano Pontifici (vel potius alicui ejusdem Ministro) misit, petiitque præfatum Joannem, jurejurando promittens iterum ipsum remissurum. Prout & fecit, ac Joannem Summo Pontifici ardentissime commendavit. Pontifex deinde ad Episcopatum Tagastensem illum assumpsit. Monteleone è vivis sublatus est, cuius corpus inter suos Frates iacet. Multa stabilia, ab ipsis Fratribus possessa, sunt hujus Episcopi monumenta, ut in instrumentis, quæ in ipsorum archivio conservantur, videre licebit. *Martyre cit. & ex tradit. & antiquis memoriis.*

Fuit Frater Bonaventura Caballo in sæculo Joannes Baptista vocatus; prius Novitiis simplex Ordinis Prædicatorum, quem deinde relinquens, Ordinem Minorum de Observantia emplexus est; ex hoc tandem ad illum Reformatorum S. Francisci quievit. Ubi fuit vir integerrimæ vitæ, orator, atque etiam sacri eloquii præco eximius. Inerat ei peractæ, ac facile ingenium, in componendis concionibus facilis erat, & elegans, & veluti alter Demosthenes perorabat. Fuit & flagitiosum obiurgator severissimus, ad cunctarum virtutum simulachrum representabat. Tandem ad Episcopatum Casertensem assumptus est. Ibidem per annos plurimos Episcopalem dignitatem pie exercens, vitam cum morte commutavit anno 1689. Hæc familia ab Amanthæ Civitate originem trahit. Ex qua unus ramus Monteleone ad habitandum venit: Ex ramo isto, & Casertensis Episcopus, & Calimeræ Baronissa nati sunt.

A nostra Urbe originem trahit Familia Schipani, quæ etiam assumpta est ad Patritiorum apicem Civitatis Tabernarum. Ex qua

qua Familia Oratius Belcastrensis Episcopus, & Marius insignis Philosophus, ac Medicus fuerunt, cui Petrus de Valle suum opus dicavit. De quibus *Abbas Joannes Baptista Paciccbelli in suo Regno Neapolis in Prospectiva.*

Fuit & Pater D. Carolus Pignatelli, ex Montisleonis Ducibus, cujus tantæ vitæ probitas fuit, ac doctrina, quod in Præpositum Generalem, Theatini meritò elegerunt; & qui constanter, non sine magna Religiosorum admiratione, pluries mitram recusavit.

Item & Pater Sylvester Pappalo quintusdecimus Minister Generalis totius Ordinis Cappuccinorum, electus Romæ anno 1593. tempore Clementis VIII. (coram eodem Pontifice) & Rudolphi II. Imperatoris. Gubernavit per annos tres. Vide in *Arbore Cappuccinorum*. Hujus meminit *Paulus Gualtieri in Hist. de Sanctis Calab. lib. 1. cap. 75. pag. 407. vers. 3. antequam in Generalem assumeretur.*

Ex Ordine Discalciatorum S. Augustini fuerunt P. Gregorius de Jesu & Maria de Familia Vulcana, Theologus de Propaganda, ac sui Ordinis Vicarius Generalis. Reliquit posteris ingenii sui monumenta præclara. *Prattica del ben morire*, Neapoli 1652. *De ultimo instanti hominis, & in primo instanti anima separata*, Neapoli 1665. *La Divinità, ed Innocenza di Gesù, ch'è serà col Tribunale d'orrore in 77 lettere*, Romæ 1658. *Ultima scala Sottigliezza Christiana*, Neapoli 1651. *Martyre in suis manuscriptis.*

Et Frater Jacobus Conventuum Siciliæ Visitator Generalis, *vid. lib. 3. cap. 4. §. 10.*

Pater Felix Retondo Ordinis Conventualium S. Franciscæ S. Theologiæ Magister. Hic Philosophicis, Theologicisque disciplinis addictus, ita doctissimi Viri sibi nomen vendicavit, ut S. Scripturæ cathedram Perusio, Bergamo, Patavio, & Venetiis summa cum sui, ejusque Ordinis laude sit moderatus. Romæ anno 1655. prælo dedit P. Catalani Poemata. Composuit Enchiridion dialecticum, & neotericum Enchiridion, necnon dogmaticum, scholasticumque cursum, quæ Patavio in lucem dedit anno 1672. *P. Franchinus num. 118. fol. 201. relatus à Martyre citat.*

Pa-

Pater Ioannes Dominicus ejusdem Ordinis Sac. Theol. Magister, Neapoli anno 1608. in lucem dedit sanctissimæ rei sacræ breves, ac simplices declarationes. Alia etiam opuscula, refert *Martyre cit.* forsitan prælo dedit. Obiit Neapoli in Conventu S. Francisci circa annum 1688. *P. Franchini num. 145. fol. 242.*

P. Philippus Mezarola S. Theologiæ Magister ejusdem Ordinis (cujus meminit *Marafotus lib. 2. cap. 20.*) sapientissimus Vir, ac prudens, magister studentium in nostræ Urbis Conventu, Baccalaureus in Conventu Neapolis, ac Regens in studio Riminensi. Plures scribit Sacræ Theologiæ tractatus.

D. Dominicus Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci Lector jubilatus. Hic scripsit doctissimum tractatum de Viduorum statu anno 1616. Romæ impressum. *Martyre.*

Frater Joseph ejusdem Ordinis Doctor Parisiensis, ac Theologus insignis.

Et Frater Thomas Bazone Lector jubilatus ejusdem Ordinis, baculus, & auctor Montisleonis Cœnobii, quod diu rexit, atque laudabiliter gubernavit, ac tandem vitam finivit anno Domini 1660. circiter.

Fuit etiam Frater Marcellus Zombinus, ejusdem Ordinis, modulator egregius. *Rodulphus fol. 279. Convent. Montisleonis.*

Pater Augustinus S. Theologiæ Magister, ac tertius, vel quintus Utriusque Calabriae Provincialis Ordinis Prædicatorum, insignis Theologus, ac Prædicator celeberrimus.

Frater Thomas Gieraci Magister ejusdem Ordinis, ac Conventus sui Ordinis in nostra Urbe fundator, vide *lib. 3. cap. 4. §. 6.*

Et Frater Thomas Ciaccio Bachelareus ejusdem Ordinis, qui tantæ ædificationis, ac integritatis fuit, ut procul dubio ascribi possit inter Venerabiles nostri Ordinis. Ex ipsius redditibus hæreditariis, & adventitiis noster Conventus exigit quolibet anno centum nummos aureos; & tamen ipse in summa mendicitate vivebat, ita ut verè Apostoli Pauli consilium servabat, nempe, *Et qui emunt tanquam non possidentes, & qui utantur hoc mundo tanquam non utantur sint.* Tantæ æstimationis fuit apud Principem Caritatissem, ut per annos viginti, & amplius in suo statu Seminariæ nihil ageret sine ipsius informatione, &

voto.

voto. Tandem in eodem Conventu Montisleonis spiritum Deo reddidit, ut pie credendum est, die 16. Decembris 1706. hora quinta noctis, ætatis suæ post annum sexagesimum sextum, mensis undecimum, & diem vigesimum quintum.

Fuerunt ex Ordine Eremitarum S. Augustini Pater Michael Morelli Sac. Theologiæ Magister, ac Provincialis Vir impensè eruditus. In lucem edidit Bononiæ anno 1581. libellum Oratoriarum latinarum, ac Epigrammatum. Obiit mense Augusti 1615.

Frater Thomas de Simone Magister, Vir in primis integerrimæ vitæ, Theologica scientia satis eruditus, atque etiam sacri eloquii præco eximius. Inerat ei peracere, ac eminentis ingenium, in componendo eruditissimus erat, & elegans. In Civitate Romana, ac Lombardia secedens, primò ibi, deinde hinc principalioribus Civitatibus verbum Dei prædicans, ejus eloquii concionator perspicuus effectus est, ad quem audiendum frequens hominum, ac doctissimorum turba ingenti admiratione confluebat. Denique Bononiam sibi delegit, ubi pluries concionem habuit, ac die 10. Februarii anno Domini 1695. senio confectus vitam cum morte commutavit.

Pater Philippus Felice, etiam Magister. Hic Siciliam profectus, ibi semel, atque iterum ad provincialatus dignitatem elatus est. Mors denique ab Episcopatu Liparenfi, pro quo addictus erat, & è vivis illum eripuit Panormi anno 1696.

Pater Joannes Baptista Pintimalli S. Theol. Magister; Obiit mense Aprilis 1624. P. Magister Fulgentius Matina; moritur anno 1667. omnes ejusdem Ordinis Provinciales, ac doctissimi Viri. Pater Baccalaureus Joannes Dominicus Gagliardi sæpè Prior Montisleonis, ubi verbum Dei prædicavit, ac obiit anno 1638. mense Julii,

Et Pater Magister Petrus Paulus Paganus apud Corinthum Achajæ Urbem, ferè in medio isthmi Paloponesiæ sitam, ubi Provincialatus Hierusalem titulo fruitur hodie 1708.

Item Reverendus D. Franciscus Bisogni, utroque jure peritissimus, ac Cianensis Vicarius, nullius Diœcesis, Vir prudens, & apud Eminentissimum Cosmum Presbyterum Cardinalem de Torres, Tituli S. Pancratii, magnæ auctoritatis: Scripsit librum quendam ordine alphabetico ad jus Canonicum pertinens.

Et

Et Reverendissimus D. Ioannes Baptista Bisogni, frater germanus, in iure peritissimus, Abbas S. Gregorii, ac etiam post mortem fratris quoad vixit Cienensis Vicarius, apud eundem Cardinalem magnæ estimationis. Opus quoddam, miscellaneum, utriusque iuris continens, composuit, quod manuscriptum ab hæredibus conservatur.

Pariter D. Petrus Faraglia, præstanti ingenio, ac iudicio Vir, & flagranti studio, ac doctrina longe prædicans, poeta, identique orator, latina lingua sanctè quàm eruditus, nulli sui sæculi secundus. In sua Patria bonas literas, quoad vixit publicè est professus nimia facundia, ac doctrina. Edidit linguæ latinæ, ac artis grammaticæ eruditissimum librum. Vertit etiam duos Torquati Tasso cæcus in heroicum carmen. Eius tamen opera ad hæredibus manuscripta conservantur.

Et D. Ioannes Dominicus Genuese Abbas Tryparonei acerriam ingenii Vir, in lingua latina, ac poesiâ quoque præsertim eruditus, & facilis. Monteleone bonas literas publicè, & gloriôsè est professus. E rebus excessit humanis Tryparone Monteleonis Pago anno. . . .

Nec defuerunt & plures Fratres Hospitalis Hierosolymitani Divi Ioannis Equites, ac Religiosi. Inter quos auctoritas Germanus frater Ioannis Nicolai de Marco, qui floruit anno 1558.

Item duo Equites de familia Tomarchelli, jam extinctæ, quorum unus Frater Paulus vocabatur, & floruit sæculo præterito 1620. circiter.

Inter Sæculares, quorum habemus notitiam, prius recensendus est Dominicus Pissierenti in sæcularibus disciplinis, ac Medicina, in Astrologia, Mathematica, & ingenia, latinaque lingua omnium suo sæculo facilè eruditissimus. Inter alia Democritum Abderitam de rebus naturalibus, & mysticis cum Synesii, & Pelagii Commentariis latinè interpretatus est; cuius opus cum Centuriis memorabilium Antonii Mizaldi editi curavit, ut notat Ioannes Antonius Vander Linden de scriptis medicis. Is etiam Authorem Dionysium Longinum, de grandi eloquentia, è græcanica lingua in latinam transfudit. Item secundum Scipionem Mazzella in Hist. Regni, dum de Monteleone sermonem aggreditur, Archita Tarentini prædicamenta de græco in latinum eruditissimè vertit, & in lucum edidit. Composuit etiam

Philosophum cursum. Item de medicaminibus libellos duos. Codex aliud, cujus titulus, *Dominici Pizzimonti Calabri Montis-leonis liber de simplicium medicamentorum, & facultatibus, ejusque annotationibus super Dioscoride*. Et hæc vidi manuscripta, quæ ab hæredibus conservantur; Floruit B. Pii V. Pontificis Maximi tempore, ut ipsemet *Scipio Mazzella* testatur, fol. 188. et.

Pariter Iulius Iazzolinus vir impensè eruditus, ac Philosophus subtilissimus. Neapoli Philosophiam, ac Medicinam publice est professus, tanta facundia, & doctrina, ut periti Medici, ac summæ doctrinæ viri inter frequentem juventutis catervam conspicerentur. In lucem dedit anno 1573. quæstiones quasdam anatomicas. Et anno 1588. remedia naturalia, quæ sunt in *Æthiopia*. Scripsit etiam eruditè de *Balneis Puteolanis*, ut refert *Mazzella in sua Hist. & Geraldus in suo Diario*, 16. Aprilis an. 27. in *fin. Toppi. nella Biblioteca fol. 162. col. 2. Marafioti lib. 2. cap. 20. fol. 130. & Martyre sup. cit.* Scripsit quoque alium librum eruditissimum, quem refert idem *Martyre*.

Fuerunt: Ioannes Falcone, qui Bononiæ aliquas materias legales anno 1587. typis exposuit. *Martyre in suis manuscriptis.*

Cæsar Bisogni Pontificio, & Cæsareo jure consultissimus, qui Neapoli per annos septem vehementer, ac ardentissimè Romanum, Pontificiumque jus est professus. Deindè ad propria reversus, ab Eminent. Cosmo Presbytero Cardinali de Torres titulo S. Pancratii, suorum familiarum, immd & Commensalium numero, speciali privilegio fuit addictus, & suum Iudicem Ordinarium ipsum stabilivit. In scribendo, *Admodum Excellenti Domino Doctori Casari Bisogni*, foris epistolas signabat: intus verb, *Admodum Excellens Domine*, sic incipiebat. Honores, ac prærogative nemini temporibus illis à Cardinalibus concessæ, nisi inter Equites dignioribus. Opus præclarum, *Juris Allegationes* continens, edidit, quod impræssum est anno 1700. Libellum composuit *De Regalis Juris*. Scripsit quid demonstrent, seu significant rubricæ singulorum titulorum, qui tam in ff. & C. quam in Decreto, & Decretalibus continentur: In hoc libello utrumque jus videbis in octo partes principales dispositum, & unicuique suas proprias, & convenientes rubricas esse subjectas; cujus studio poteris juris præcepta per te ipsum percipere. Poemata multa, in quibus componendis non est credibile quam facilis erat, & cle-

elegant, latino præsertim, vulgarique idiomate composuit; ac etiam Horatii poeticam carmine soluto explicavit. Omnia hæc non dum sunt impressa. Obiit tandem die 7. Ianii anno Domini 1638.

Joseph Capialtus V. I. Doctor insignis, Montisleonis memoriam quandam composuit, necnon libellum, capituli vigesimi quarti ejusdem Civitatis explicationem continens. Quæ omnia ipsemet in lucem edidit.

Philibertus Campanile, qui composuit quoddam opus, cuius titulus. *Delle armi, ovvero in segno de' Nobilissime sono i discorsi d'alcune famiglie, così spente, come vive del Regno di Napoli.* Floruit anno 1618.

Annibal Pisani V. I. D. Hic scripsit Practicam criminalis librum unum eruditissimum, qui extat manuscriptus, & ab hæredibus conservatur, ac magno in pretio habetur. Moritur die 21. Martii anno Domini 1642.

Ioannes Thomas Campanile, quem Doctorem, ac Militem, sive Equitem autatum Invictissimus Imperator Carolus V. fecit, creavit, promovit, pronuntiavitque, omnia ornamenta doctoratû, & militaria ipsi conferens, ac donans, & concedens Neapoli die ultimo Ianuarii anno 1536. Imperii sui XVI. Regnorum verò anno XXI. ut in Privilegio, quod conservatur ab Ignatio Perna.

Ioannes Nicolaus Angelonius, jure peritissimus, ac integritate vitæ celeberrimus. Romæ corporis sarcinam deposuit die prima Iunii 1550. post completum quadragesimum octavum ætatis suæ annum. *Topi fol. 148. & Martyris manuscripta.* Hujus etiam meminit *Abbas Pacicchelli, Regno di Napoli in Prospettiva.*

Joseph Neocastus, & Fabius Attifani, Regii Auditores in Provincia Calabria Ultra, tempore revolutionum Regni.

Vespasianus Lazolinus, Philosophia, legalique scientia insignis, sed pietate insignior, nam Patribus Societatis Iesu pro fundatione Collegii nostræ Urbis legavit, ut diximus *lib. 3. cap. 4. §. 9.* capitale viginti unius mille, & octo centum ducatorum anno 1620. Moritur Neapoli eodem anno, die verò 15. Martii, sepelitur in S. Claræ Delubro.

Carolus Onemma. Hic cum jam puer esset se Neapolim recepit, ubi literarum studio incubuit, ac legum studio acriter vacavit.

cavit operam. Atque indè Romam profectus, primum Prætorie Curie sub Innocentio X. tenuit locum, Cumque postea Neapolim reversus esset, uxorem duxit, & per multos etiam annos Advocati munus est professus. Ibi Parthenopes ipsa quantum ei debet alloquatur, sapientia cujus, redemptos è funere filios, capitali iudicio affectos, iisdem sæpè sæpius intuita luminibus. Loquatur etiam vetustæ ora Græciæ, improbis quantum laboribus, vigilibus quantum curis, perniciosam sui *Leonis in Montem* tyrannidem, universamque Provinciam irruentem, reddiderit vindicatam. Loquantur tandem singuli, omnes, qui tot per annos Patronum, tanta per patrocina, tutamina susceperunt. Ad denique VI. Kal. Decembris 1691. est è vita profectus, plura relinquens sui ingenii monumenta.

Doctissimus Carolus Meiorana Iureconsultus. Composuit opus quoddam singulare ad jus civile attinens, quod ab hæredibus servatur, sed quia difficillimi characteris est, idè cum Authore moritur anno 1685. circiter. Hic Collegio Societatis Iesu nostræ Urbis legavit stabiliam ducatos quinque mille; necnon prætiosam crucem valoris quingentum ducatorum, hac conditione, ut in honorem S. Francisci Xaverii intus ejusdem Collegii sacram Ædem, Cappella in sui memoriam exigatur.

Tandem Franciscus Chrispus insignis in materia de Feudis. Octavius Pisanus. Ioannes Dominicus, Honuffius, & Antonius cognomine Bisogni, omnes Doctores celeberrimi.

Item Iacobus Cortese. Meleager Pintimalli, de quibus *P. Cropani in sua Calabria Illustrata, & Abbas Ioannes Baptistâ Patricelli in suo Regno Neapolis in Prospectiva.* Ioannes Folione, *Martyre in Hist. Calab.*

Item Vitalis de Vitale, & Antonius fratres germani, qui Neapoli veteranos multos in utroque Iure obmutescere faciunt; Advocati primarii hodie 1708. effecti.

Fuerunt Antonius Terraconis Proregis Excellentissimi D. Fabricii Pignatelli Montisleonis Ducis V. Medicus. Et Franciscus Argiro præfati Antonini pater, ac Marcus Antonius Morellus, necnon & Franciscus (*vid. cap. ant. de famil. Morelli*) sagacis animi viri, Philosophi, Astrologi, & Mathematici, Medicique nobiles, quorum memoria adhuc extat apud Cives.

Pariter Ioannes Morellus, qui Messanæ per septem annos Philosophiam ante rebellionem publicè est professus, primam cathedram tenendo, sibi que legit.

Fran-

Franciscus Pisanus Doctor, & Poeta comicus eximius. Inerat ei peracre ingenium, & in edendis carminibus facilis erat. Pastoralem pro Nativitate Domini, cujus titulus, *L'Euvillo*; & aliud opus sacrum, *Ninfa celeste*, dictum, composuit, & in lucem edidit.

Ioannes Paulus Lazarus latina lingua satis eruditus, poeta, & orator clarus, ingenii acumine, & memoriæ tenacitate pollens. Fuit & accumulatae virtutis vir, & tanti meriti apud Patritios, ut in Nobilium consortio suum filium aggregare non dedignerentur, alias doctrinae clarum. Pauli poemata, miscellanea, elegiaco carmine, ad amicos continentia, ego vidi, quæ manuscripta conservantur ab hæredibus.

Carolus Ventus citharedus eximius, musicusque excellentissimus, & Patritius.

Franciscus Zoda, qui tum longè cæteris pictoribus, supra parietes pingendo, excellere existimabatur, & erat. Is Ecclesiam Sancti Stephani de Nemore Monachorum Carthusianæ Religionis in Calabria, & complures Aedes, Cappellasque in diversis Siciliae Civitatibus, Panormi, Catanæ, & alibi mirabili artificio pinxit. Hic discipulus fuit Claudii de Flandria. Pingendo in choro ejusdem Monasterii S. Stefani adventum Sanctorum Magum in Præsepio, contendit cum Nicolao Rosso Neapolitano, qui Nativitatem ibidem in opposito pinxit. Illud mirabile opus, Nicolaum fugavit, ejusque Nativitatem obscuravit.

Plures etiam ex hac nostra Urbe in bello peritissimi prodierunt Viri. Inter quos primum locum tenet audacia Antonii Pignatelli, ex Ducibus Montisleonis, qui in Hispania Citeriore Capitanei Equestris officium exercens, Hispanorum victoriæ causam extitit, tandemque sub equo vitam gloriosè finivit, peracta prius inimicorum considerabili cede anno 1655.

Fuerunt Dominicus, & Antonius de Francia, fratres germani, qui quoadusque vixerunt militiam Mediolani exercentes, ibi Tribuni militum extiterunt præclarissimi. Ille Mediolani moritur anno 1697. die 4. Octobris. Hic Novariæ die 17. Augusti 1704. Quorum Pater *Cropani pag. 133.* & Abbas *Pacibelli* supra citati meminere.

Joseph Phantinus, Major Stator, & Neapoli supra Tertium Italiae extitit Generalis Locumtenens.

Antonius Mazza, Major Stator, Locumtenens Tribuni mili-

militum Generalis, in nostro Regno tempore revolutionum, ac Regii Castri Civitatis Tropeæ Castellanus. Moritur post revolutiones anno circiter 1652. Vide hic *cap. 4. §. 8.*

Antonius Malgieri, Tribunus militum, & turmæ Equitum Generalis Locumtenens in Hispania Citeriori. Moritur anno 1704. circiter.

Dominicus Schipano turmæ peditum Major Stator, & Neapoli Locumtenens Tribuni Militum Generalis. Obiit anno 1692.

Ioannes Rightanus, Major Stator turmæ peditum, & in Epidauro Civitate armorum Gubernator. Diem extremum terminavit anno 1700. circiter.

Antonius Scalamendrè Tribunus militum in Flandria, et abjectis hominibus, & à simplici militia ad illam pervenit dignitatem.

Nicolus, & Iacobus de familia Chryspo in militia insignes. Ioseph de Francisco. Patanimphus Gualtieri. Dominicus Brigas. Ioannes Paulus Ricca. Dominicus Candilli. Ioseph Sciglianus. Omnes in Flandria Capitanei Pedites.

Barones, Feudatarii, Nobiles, & civilium personarum, plebeorumque non pauci, tempore revolutionum anno 1647. Neapolim pro Rege pugnaverunt, qui quingentesimum attingebant numerum. Quibus, & eorum Primogenitis, sive heredibus successivè futuris D. Joannes de Austria singulare privilegium, scilicet exemptionis ab onere fiscalium, & omnium impositionum, sive gabellarum, etiam occasione transitus ab uno loco ad alium, perpetuo, & omni futuro tempore concessit. Originale Privilegium conservatur à D. Dominico Capialbi, ex Patritiis. Expositum vero fuit die 24. Februarii 1648. Præsentatum tandem die 28. ejusdem mensis, & anni.

Ostendus, & Rubertus milites, Equites; & Regis familiares, item Ioannes Eques, & Joannes Antonius, & Stephanus Capitanei, omnes de familia Artisan, *vide hic cap. 8.*

Ioseph Giovane, qui dum Excellentissimus D. Fabritius Pignatelli Montisleonis Dux V. in Terraconis Regno Proregis munus agebat, in toto illo Regno officium Secretarii ad bellum laudabiliter exercuit. Ad illum enim jam omnes concurrebant illius Regni cives, illum collaudabant, venerabantur. Aragonicæ tranquillitas apud ipsum solum reperiebatur, juncta sive huma-

nitati in accipiendis hominibus, suæ benignitati in sublevandis, suæ comitati in consuetudine familiari, & suæ gravitati in congressu, & sermone optimatum, sui que similibus Virorum, quorum omnium studia ad exactissimam prudentiæ, & civilitatis normam dirigebant. Appositus est ad antecessores suos anno 1665. Vide hic *cap. 7. verbo, Giovane.*

Joseph Mayuli Baro S. Calogeri, in Civitate Neapolis Toracis Dux, & in Civitate Tranenti, totius illius Provinciæ, per triennium Præses. Quievit in pace à Virginis partu hoc anno 1708. in eadem Tranenti Civitate, ubi efflavit animam, sepultus.

Vivit hodie Theodosius Morelli, Major Stator super Martiliæ triremes, & navigia.

Iure hic laudibus est prosequendus Vincentius Taccone, origine Tropiensis, & ex Baronibus Sitizani natu posterior. Is, suorum Maiorum vestigiis insistens, tanta se bellifera propiorobore insignivit, ut ~~Partis datus~~, Avitæ Domus ornamentum sua illum satis declarent facinora. Hic præclarissimas tanti Viri animi dotes recensere non ausim: satis profectò ejus pateretur moderatio. Sed velit, nolitve, haud est silentio prætereundum. Martiale ingenium, acerrima juvenis indoles, ac ferocia, qua ad belli studia summa animi alacritate, atque habitu profus non vulgari aspiravit. Hic Adolescens adhuc tam insigne suæ virtutis in Belgio specimen præbuit, ut cum Equestris Turmæ Dux effectus creatus, virtuti potius, quàm Viro aliquid dandum visum fuit. Deindè Barcinonem profectus, Caroli III. Austriaci Hispaniarum Regis arma tam feliciter tractavit, ut hostibus profligatis, & spoliis onustus tanta gratulatione, ac plausu à suis receptus est, quanta gloria, ac robore decertavit. Hinc tanti Viri ornamenta, atque in Augustissimam Austriacam Domum meritis tam illustria ad Tribunitiam dignitatem evexere, quæ præclarissimis ejus gestis insignita, nescio quid Majestatis sibi peperisse visa est. Gaudeat igitur Vrbs nostra, tot Civis sui palmis, decorata, & non minus victoriis, quàm victori grata plaudat.

Per multos etiam Baronis, Comitibus, Marchionibus, Ducibus, ac Principibus titulis, nobilibusque feudis florere, & aliqua familia nunc etiam vigent, quos singulos recensere difficile est. Sufficit aliquoram, in decursu operis enarratio, quam supervacaneum est insudare, ut syllabo perstringantur, & tanta illos radiorum corona nitentes conspicio, ut vix obtinuum in eos defigo sine pupilla defestigatione.

Familia Mottula Marchionato Amati fruitur, item Baroniis Ioppoli, & Cuccurini.

Anoyarum Marchionatum Demarchio ipse possidet ex hereditate Felicis Lavagna Civitatis Montisleonis.

Heraclius Marzano. Baro S. Catherinæ fuit Dux Ardurii.

Leolucas Cafarò possedit Baroniam Terræ Stalatti.

Antonius Marzanus Sancti Viti Baroniam possidebat.

Ioseph Mayuli possedit Baroniam S. Calogeri, qua nunc fruitur Clara Mayuli ejus neptis.

Familia Taccone fruitur Baronia Sicizani.

Fuerunt tandem ex hac præclarissima Vrbe Viri perexcellentes quamplures, & agmina Virorum illustrium, tum in Sanctitate, tum in doctrina, tum in bello, in omni que virtutum specie florere, numero tanto, ut numerum, & nomina ipsorum, quos peperit Monsleo, sola Divina Dei scientia cognoscat, & numerare possit. Unde, si sæculo præterito tot enumerati homines in omni virtutum genere, ut vides, viguerunt, nec etiam omnes, propter scriptorum incuriam ad nostram pervenerunt memoriam, de antiquis sæculis, præsertim verò quando Vrbe Valentia; Hipponiumque vocabatur, quid dicam? Cumque Hipponium locuples olim, ac potens, maximaque Vrbs fuerit, ita ut excederet septimcentum mille animas, & ut dixi, una ex primis Civitatibus in Calabria, immò in tota Italia conditis, ac deindè ex primis Christi fidem susceperit, plurimumque græcam, & latinam linguam usurpaverit, haud dubio plurimos, innumerabilesque præstantes Viros, & gubernanda Republicæ idoneos, & doctrina, ac sanctitate, valoreque præditos omni tempore protulit. Quorum plerique, simul cum aliis Calabris multis, aut memoriæ à Scriptoribus traditæ non sunt, aut sub Sicilia nomine sunt scripti, idque Scriptores, sive dolo Calabriae gloriæ invidentes egerunt, sive incitia, sive quia Hipponium, Hipponiaque regio Siciliae Insulae vicina est, & quoniam Sicilia nuncupatur

batur; ut diximus in principio hujus capituli, cum de Proserpina locuti sumus; quæ sub Siciliæ nomine indistinctè ab aliis scripta, ab aliquibus ex Siciliana Insula fuisse scribitur ore rotundo.

Cum itaque Vibo Valentia ab Apostolo Petro ad Christum conversa sit, *vid. lib. 2. cap. 4.* & à conversione sua usque ad Constantini, & Sylvestri tempora anni propemodum tricenti fluxerint, & Imperatorum sævitia in Christicolos ubique efferbuerit, qui fieri potuit, ut soli Vibonenses hanc rabiem effugerent, impunesque essent? Fuit præterea Monsleo quondam altera Ægyptus, Monacorum & parens, & nutrix Sancti Basilii, cujus Cœnobii memoria adhuc extat in Ecclesia Matrice, ut diximus hic, & *lib. 3. cap. 4. §. 1.* Quare opinari, immodò credere licet permultos Monteleonenses utriusque sexus, & omnis ætatis, & ordinis ob Christi fidem mortis subiisse sententiam, & miraculis, ac sanctitate floruisse; sed, ut dixi, aut scribi omitti sunt, aut alijs Provinciis attributi. *Qui etsi nunc modo ignoti sunt, quod eorum cognitio ad nos non pervenit, Deo tamen, cui omnia patent, noti sunt, & æterna vita fruuntur.*

Sunt Monteleonenses, absit verbo invidia, suaptè ingenio benignitate præditi, atque erga omnes hospitales. Erga Deum vero, ac Cœlicolas religione, ac pietate affecti, ut minime ab Archadibus, qui hic, & in Calabria consedere, & ab Atheniensibus, qui complura ibi Oppida construxerunt, aut Colonias deduxerunt, & à Romanis, qui multas ibidem latini sanguinis Colonias deduxerunt, degeneres videantur. Vigent insuper in nostra Urbe vegeta, fervidaque ingenia, seu gubernandæ Reipublicæ virtutem, seu bonarum artium, jurisque scientiam proposueris, seu etiam in re militari robur, & animorum promptitudinem.

Hi sunt igitur fructus, quos Monsleo omnium bonarum rerum antiquissima parens, atque educatrix ex se se edere solet. Hæc est proinde Montisleonis antiquissima, ac felicissima Civitas, hæc origines ejus, hæc nomina, atque gentes. Hæc Montisleonis monumenta successivis operibus perfecit, ut meæ vigiliæ, meique labores posteritati utilitate forent, & Hipponiaco nomini laudis aliquid afferrent. Monitos velim, & reliquos cives meos, ut me imitantes suam Patriam diligenter, & accuratè persecrutant. Vitent ineptias, ac vera, & gravia, ac laude digna persecrutant. In investiganda antiquitate impigri sint, & veraces.

Tu interim parce mihi ð inclyta, ac celeberrima Patria mea; non ego sum tanti, ut valeam tuis digna referre meritis. Quæ legi, vel excogitare potui tibi dedi.

*Accipe sed tantum præclari pignus amoris,
Immencorem qui me non fuit esse tui.*

Tu enim ab Oriente non plurimum distas; super te Cælum mirabiliter influit, phæbus continuè residet, ac radii solares antè omnes alias regionum partes irradiare, atque emicare concitantur. Non immeritò igitur Monsleo nuncuparis, & hoc maximum, celeberrimumque nomen tibi vindicas. Es etenim Mòsleo, Mons voluptatum, Mons deliciarum, opulentiarum, speciminum, præconiorum, honorum, facinorum, atque roborum; Mons florum, rosarum, & liliorum; Mons palmarum, atque cedrorum; Mons pulchritudinis, pinguedinis, ac ubertatis; Mons trophæorum, fertorum, atque gemmarum; Mons amplitudinis, potentix, & claritatis; mons virtutis, mons luminis, atque splendoris, mons hilaritatis, mons thesauri, mons amonitatis, atque jucunditatis, mons fluens lac, manna, & mel, mons denique suavitatis, & dulcoris. Vale, vale igitur fœlix, vale diu inquam Monsleo totius Hesperix miraculum incomprehensibile, totius orbis terrarum floridissimus hortus; astrum Magnæ Græciæ clarissimum, flos cunctorum Urbium semper virescens, inæstimabilis omnium Provinciarum gemma, sublimis omnium Regnorum corona; celebris, veneranda, ampla, spectabilissima, pulcherrima, præstabilissima totius terræ columna: verum dignissimumque scabellum illius immensæ, proceræ, eximix, amplæ, fulgidæ, strenuæ, laureatæ, victoriosæ, invictæ, inclytæ, speciosæ, floridæ, prosperæ, præclaræ, supremæ, admirabilis, spectabilis, inæstimabilis, memorabilis, celestis, ac ineffabilis Romanæ Columnæ. Unde cum *P. Michaelè Morelli Ordinis Eremitarum S. Augustini, Sac. Theol. Magistro*, filioque tuo pag. 77. dicere possem.

*Salve Mons veris; salve Mons inclyte Terra.
Nympharum collis; Parnasidumque Domus.
Salve Mons orbis cunctis celebrandus honore;
Salve manna fluens, arigerumque Tbagum.*

Sal.

Salve Mons pulcherrime, salve à gemma Dianæ;
Tu Mons excelsus; clarus in orbe dies.
Salve mons lucis, salve ò mons lucide semper;
Te caelum, ac Phœbus, sydera cuncta colunt.
Salve mons hilaris; salve ò lux clara Minerva;
Tu mons fulgoris, luminis atque moles.
Salve mons celebris, Regnorum ò fulgida lampas;
Tu mons Hebeadam, ac Palladis alma Parens.
Salve mons florum; salve mons floride semper;
Tu Veneris Caelum, Mercurisque Polus.
Salve mons fati; salve omni tempore mittens
Lilia, narcissos, purpureasque rosas.
Salve mons Cereris flava mitissima tellus;
Tu certè intonsi Vineæ pulchra Dei.
Te campi, valles, fontes venerantur & horti.
Botanæ, mans, aquor, flumina, sylva, lacus.
Audeo non ultra nugari versibus ipse,
Laudes ne ledant carmina nostra tuas.
Accipe quæ tandem affert, præclarissima Mater,
Magnum amor filii, corque, animusque tui.
Munera, quæ sero, si valtes celeberrima Vibæ;
Hò Gnati invenies candida corda simul.
Quæ tibi nunc præbet charus manuscula Natus,
Hac tibi nunc magni pignus amoris erunt.

F I N I S.

PROTESTATIO AUCTORIS.

Lector adverte, in *Elegiis virorum illustrium*, quos hoc libro complexus sum, nonnulla me obiter attingere, quæ sanctitatem ipsis videantur adscribere; perstringo nonnunquam aliqua ab iis gesta, quæ cum vires humanas superent, miracula videri possunt, prælagia futurorum, arcanorum manifestationes, revelationes, illustrationes, & si quæ sunt alia hujusmodi, beneficia item in miseros mortales eorum intercessione divinitus collata, demum nonnullis, sanctimonix, vel Martyrii videor appellationem tribuere. Verum hæc omnia, ita meis Lectoribus propono, ut nolim ab illis accipi, tanquam ab Apostolica Sede examinata, atque approbata, sed tanquam quæ à solis suorum Auctorum fide pondus obtineant, atque adeo non aliter, quam humanam historiam. Proinde Apostolicum Sac. Congregationis S.R. & Universalis Inquisitionis Decretum, anno 1625. editum, & anno 1634. confirmatum, integrè, atque inviolatè, juxta declarationem ejusdem Decreti à Sanctiss. D. N. D. Urbano Papa octavo anno 1631. factam, servari à me omnes intelligant, nec velle me, vel cultum, aut venerationem aliquam, per has meas narrationes ulli arrogare, vel famam, & opinionem sanctitatis, aut martyrii inducere, seu augere, nec quicquam ejus existimationi adjungere, nullumque gradum facere ad futuram aliquando ullius Beatificationem, vel Canonizationem, aut miraculi comprobationem, sed omnia in eo statu à me relinqui, quem, seclusa hac mea lucubratione, obtinerent, non obstante quocumque longissimi temporis cursu. Hoc tamen sanctè profiteor, quam decet eum, qui Sanctæ Sedis Apostolicæ obedientissimus haberi filius cupit, & ab ea in omni sua inscriptione, & actione dirigi.

I N-

I N D E X

ARGUMENTORUM.

L I B. I.

De Vetustissimo Hipponio.

C A P. I.

De recente, & antiquo Italia gyro, ejusque primis incolis, ad
nomibus. pag. 1.

C A P. II.

Quod Oenotria, & Peucezia dicta sit non intricatè narratur. 5.

C A P. III.

De Italia nomine, quod Calabria inde accidit, vel datum est. 7.

C A P. IV.

De alio Calabria nomine. Et quod ejus pars circa Rhegium Sicilia dicta sit demonstrabitur. 9.

C A P. V.

Quod Calabria pars circa Crotonem, & Petiliam, Chonia, Japygia, Salentinaque nomen habuit, perbellè tractatur. 10.

CAP.

C A P. VI.

De occidentalis, septentrionalisque Calabria antiquis nominibus. 14.

C A P. VII.

De Magna Græcia, & Calabria æthymologia. 17.

C A P. VIII.

De Hipponii situ, æthymologia, & origine. Et aliqua notata digna memorantur. 22.

C A P. IX.

De Proserpina Templo. 28.

C A P. X.

De Portu, & Fontibus. 36.

C A P. XI.

De crudele Cybelis Hipponiaca Templo. 40.

C A P. XII.

De antiquis Hipponensium sacrificiis, moribus; atque legibus. 42.

L I B E R I I.

DE VIBONE VALENTIA.

C A P. I.

De ejus ethymologia, & situ, pag. 57.

C A P. II.

Quanta aestimationis fuerit apud Romanos demonstrabitur. 60.

C A P. III.

De Nummismatum diversitate. 63.

C A P. IV.

De fundatione Vibonensis Episcopatus, ejusque destructione. 65.

C A P. V.

De Normannorum dominio, & Episcopatus Vibonensis translatione. 68.

Arbor Normannorum. 74.

C A P. VI.

*De Privilegiis, & facultatibus à Summis Pontificibus, & Ruge-
rio Magno Comite Calabria, & Sicilia, Ecclesiae Militensis
concessis. Ad quam redegerunt Ecclesias Bibonensem, &
Taarianensem.* 76.

C A P. VII.

De numero Vicariatuum, & locorum Diocesis Militensis. 88.

CAP.

Catalogus Episcoporum Vibonens. Taurianen. & Militen. Episcopi Vibonenses. 90.

De Privilegiis, & facultatibus à Rugerio Magno Comite Calabria, & Sicilia, necnon & à Summis Pontificibus Abbatia Santissima Trinitatis Mileti concessis. Ad quam Bibonensis Ecclesia aliquam partem redegerunt. 94.

Ubi Abbatia nunc jurisdictionem exercent? Et de ipsam Gubernantium mutatione. 106.



L I B E R I I I .

D E M O N T E L E O N E .

C A P . I .

De reedificatione *Vibonis*, ejusque nominis mutatione . Et qua de causa Civitas ista Leonem, super tribus montibus, antiquis addidit insignibus. 112.

C A P . I I .

De acerrimo bello *Jacobi*, cognomento *Jalovi*, *D. Petri de Aragonia* filii, à quo *Montseco* se defendit; Et à quo condita *mœnia*, cum *januis*, quæ ad præsens penè diruta conspiciantur; necnon & *Castrum Vibonæ nuncupatum*, erecta fuere . Ac denique de nostre Civitatis venditione. 116.

C A P . I I I .

De magnificentia, & abundantia Civitatis *Montisleonis*, aquarum scaturiginibus, ac ejus *Pagis*. 122.

C A P . I V .

De *Paraciarum*, *Monasteriorum*, *Montium Conventuum*, *Xenodochiorum*, *Montium Pietatis*, *Confraternitatum* quos fundationibus. Necnon de quibusdam *Ecclesiis* notatu dignis.

§. I .

De olim *S. Basilii Monasterio*, ac *Parochiis*. 138.

§. I I .

De *Conventu S. Francisci*, *Ordinis Conventualium*. 144.

Fff

§. III.

§. III.

De Conventu Sanctissima Annunciationis, Eremitarum S. Augustini. 147.

§. IV.

De Conventu S. Mariae de Jesu, Minorum de Observantia Sancti Francisci. 149.

§. V.

De Conventu Conceptionis B. M. Virginis, Ordinis Cappuccinorum. 150.

§. VI.

De Conventu S. Dominici, Ord. Prædicatorum. 154.

§. VII.

De Conventu S. Mariae de Monte Carmelo, Ordinis Carmelitarum. 156.

§. VIII.

De Conventu S. Francisci de Paulo, ejusdem Ordinis. 157.

§. IX.

De Collegio S. Ignatii, Societatis Iesu. 158.

§. X.

De Conventu S. Caroli, Discalciatorum S. Augustini. 159.

§. XI.

De Conventu S. Mariae Angelorum, Reforma Sanctorum septem Martyrum S. Francisci. 160.

§. XII.

§. XII.

*De Nobilium Monialium Cœnobio, Ordinis, ac Tituli Sanctæ
Clara.* 162.

§. XIII.

De Cœnobio Monialium Sanctæ Crucis, Ordinis S. Clara. 163.

§. XIV.

*De Conservatorio Monialium Spiritus Sancti, sub Regula San-
ctæ Clara.* 164.

§. XV.

*De Conservatorio penitentium Mulierum, sub regula tertii Or-
dinis Cappuccinorum.* 166.

§. XVI.

*De Peregrinorum Hospitale S. Spiritus, Archihospitalis Romani
vetustissimo Prioratu.* 167.

§. XVII.

De infirmorum Xenodochio, sub titulo S. Nicolai. 168.

§. XVIII.

De Monte Pietatis in beneficium Universitatis erecto. 172.

§. XIX.

De Monte Pietatis in Sutorum beneficium stabilito. 179.

§. XX.

De Confraternitatibus. 188.

§. XXI.

§. XXI.

De quibusdam alijs Ecclesijs notatu dignis. 190.

C A P. V.

*De Privilegijs facultatibus, & Capitalis à Serenissimis Sicilia
Regibus, & Excellentissimis Montisleonis Ducibus eidem
Civitati concessis.* 192.

C A P. VI.

*De modis, quibus in nostra Civitate aguntur consilia, & Magi-
stratus creandi sunt.* 270.

C A P. VII.

*De Nobilibus Sedilis nostræ Civitatis, seu de Patritiis Fami-
liis.* 295.

C A P. VIII. & ULT.

De Viris illustribus, ac Mulieribus. 363.



Österreichische Nationalbibliothek



